ubertatis magnitudinẽ ꝓbitura ẽ iopie magnitudo. Quod aũt vidisti scdo. ad eã dẽ rem ptinẽs somniũ. firmitatis iudiciũ est: eoq; fiat sermo dei. ꝙ velociꝰ impleaꝯ. Nunc ergo puideat rex virũ sapientẽ ꝙ industriũ ꝙ ꝓficiat eũ tẽrre egipti: q̃ ꝯstituat ꝓpositos ꝑ cũctas regiones. ꝙ q̃ntã ptẽ fructuũ. ꝑ septẽ annos fertilitatis q̃ iam nũc futuri sũt. ꝯgreget ī horrea: ꝙ oñe frumẽtũ sub pharaonis pꝫatẽ cõdaꝯ: seruenꝯq; in vrbib. ꝙ ꝓpareꝯ future septẽ annorũ fami. q̃ oppressura est egiptũ: ꝙ nõ ꝯsumeꝯ tẽrra inopia. Placuit pharaoni ꝯsilium: ꝙ cũctis mĩstris eius. Locutusq; est ad eos. Num inuenire poterim⁹ talẽ virũ q̃ spiritu dei plenus sit: Dixit ꝯ ad ioseph. Quia ostẽdit tibi dꝰ oĩa q̃ locutꝰ es. nũquid sapientiorem ꝙ ꝯsimilẽ tui ĩuenire potero: Tu eris sup domũ meã: et ad tui oris ĩperiũ cũctꝰ popul⁹ obediet. Uno tm̃ regni solio ꝓcedã te. Dixitq; rursũ pharao ad ioseph. Ecce ꝯstitui te sup vniuersam tẽrraz egipti. Tulitq; anulũ ꝺ manu sua et dedit eum ī mãu eiꝰ: vestiuitq; eũ stolã byssinã: ꝙ collo torquẽ aureã circũposuit. Fecitq; eũ ascendere sup currũ suũ scdm clamante ꝓcone: vt omẽs coraz eo genu flectereꝯ: et ꝓpositum esse scirẽt vniuerse tẽrre egipti. Dixit q̃z rex egipti ad ioseph. Ego sũ pharao. Absq; tuo imperio nõ mouebit quisq̃ manũ aut pedẽ in omñi tẽrra egipti. Elegitq; nomẽ illi⁹ ꝙ vocauit eũ lĩgua egiptiaca. saluatorem mũdi. Dedit q; illi vxorez: asseneth filiaz phutifaris sacerdotis heliopoleos. Egressus est itaq; ioseph ad tẽrraz egipti. Triginta annoꝝ erat qñ stetit ī cõspectu regis pharaonis. et circuiuit oẽs regiones egipti. Uenitq; fertilitas septẽ annoꝝ: ꝙ in manipulos redactę segetes congregatę sunt in horrea egipti. Omñis etiam frugum abũdantia ī singulis vrbib ꝯdita est. tãtaq; fuit abũdantia tritici. vt arene maris coequareꝯ: et copia mensuraz excederet. Natiq; sũt ioseph filij duo antq̃ veniret fames: q̃s pepit ei asseneth. filia phutifaris sacerdotis heliopoleos. Uocauitq; nomẽ primogeniti manasses dicẽs. Obliuisci me fecit dꝰ oĩm laboꝝ meoꝝ: ꝙ domus pr̃is mei. Nomẽ q̃z scdi appellauit ephraim dicens. Crescere me fecit deus ī tẽrra paupertatis mee. Igiꝯ transactis septẽz ubertatis annis qui fuerãt ī egipto: ceperũt venire septẽ anni ĩopie. q̃s ꝓdixerat ioseph: et in vniuerso orbe fames ꝑualuit. Jn cũcta etiã tẽrra egipti. fames erat. Qua esuriente: clamauit popul⁹ ad pharaonem. alimẽta petẽs. Quib⁹ ille respõdit. Ite ad ioseph: ꝙ q̃cq̃ ipse vobis dixerit facite. Crescebat autẽ quottidie fames ī omni tẽrra: apuitq; ioseph vniuersa horrea: ꝙ vẽdebat egiptijs. Nã ꝙ illos oppressserat fames. Oẽsq; puĩcie veniebant in egiptum vt emerẽt escas: ꝙ malũ ĩopie tparent.

Ca. XLII.

Audiens aũt iacob q̃ alimẽta venderenꝯ in egipto: dixit filijs suis. Quare negligitis: Audiui q̃ triticũ venũdaꝯ in egipto. Descendite. et emite nobis necessaria: vt possim⁹ viuere: et nõ ꝯsumamur inopia. Descendentes igiꝯ fratres ioseph decẽ. vt emerent frumẽta ī egipto. beniamin domi retẽto a iacob: q̃ dixerat fratrib⁹ eiꝰ ne forte in itinere q̃cq̃ paciaꝯ mali: ingressi sunt tẽrrã egipti: cuz aliijs q̃ pgebãt ad emẽdũ. Erat aũt fames ī tẽrra chanaan: et ioseph erat princeps in tẽrra egipti: atq; ad eiꝰ nutũ frumẽta populis vendebanꝯ. Cũq; adorassent eũ fres sui. ꝙ agnouisset eos. quasi ad alienos durius loquebaꝯ: ĩterrogãs eos. Unde venistis: Qui respõderũt. de tẽrra chanaan: vt emamus victui necessaria. Ettamẽ fratres ipse cognoscẽs: nõ est cognitus ab eis. Recordatusq; somniorum que aliquãdo viderat: ait ad eos. Exploratores estis: vt videatis infirmiora tẽrre venistis. Qui dixerunt. Non est ita domine: sed serui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vniꝰ viri sumus. Pacifici venimus: nec quicq̃ famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit. Aliter est. Jmmunita tẽrre huius consideraꝛe venistis. At ille dixeꝯ. Duodecĩ inq̃unt fres serui tui sumus: filij viri vniꝰ ī tẽrra chanaan. Minimꝰ cuz põe nr̃o ẽ. aliꝰ ñ ẽ sup. Hoc ẽ ait qd̃ locutꝰ sũ. Exploratores estis. Jam nunc experimentũ vestri capiam. Per salutẽ pharaonis non egredieminĩ hinc: donec veniat frater vester minimꝰ. Mittite ex vobis vnuz et adducat eũ: vos aꝯ eritis ī vicul. donec pbẽꝯ q̃ dixistis: vtꝝ vera vel falsa sit. Alioq̃n p salutẽ pharaõis. exploratores estis. Tradidit ergo illos custodie. triũ diez. Die aꝯ

tercõ eductis ꝺ carcere ait. Facite q̃ dixi: ꝙ viuetis. Deũ eĩ timeo. Si pacifici estis. frater vester vn⁹ liget in carcere: vos aũt abite. et ferte frumẽta q̃ emistis in domos vestras. ꝙ fratrem vr̃m minimũ ad me adducite: vt possim vr̃os ꝓbare sermones. et nõ moriamini. Feceꝝ vt dixerat: et locuti sunt adinuicez. Merito hec patimur: q̃ peccauim⁹ in frez nr̃m. videntes angustias anime illi⁹ dũ deꝓcare nos. ꝙ non audiuim⁹: idcirco venit sup nos ista tribulatõ. Et quib⁹ vn⁹ ruben ait. Nunquid nõ dixi vobis nolite peccare ī puerum: ꝙ nõ audistis me! En sanguis ei⁹ exquirit. Nesciebant eĩ q̃ intelligeret ioseph: eoq̃ ꝑ interp̃tem loqueret ad eos. Auertitq̃ se parũper. ꝙ fleuit: et reuersus locutus est ad eos: tollẽsq̃ simeon. et ligans illis ꝓsentib⁹. Iussitq̃ ministris vt implerẽt saccos eor̃ tritico: et reponerent pecunias singulor̃ ī saccu-lis suis: datis supra cibarijs ī via. Qui fecerunt ita. At illi portantes frumẽta ī azinis suis ꝓfecti sũt. Apertoq̃ vn⁹ sacco. vt daret iumento pabulũ ī diuersorio. contẽplatus pecuniã in ore sacculi: dixit fratribus suis. Reddita est mihi pecunia. En hẽtur ī sacco. Et obstupefacti turbatiq̃. mutuo dixerũt. Quidnã ẽ hoc qd̃ fecit nobis de⁹! Venerũtq̃ ad iacob p̃rez suũ in terra chanaan: ꝙ narraueꝝt ei oĩa q̃ accidissẽt sibi dicentes. Locut⁹ ẽ nobis dñs terre dure: ꝙ putauit nos exploratores eẽ puincie. Cui rñdim⁹. Pacifici sum⁹: nec vllas molimur ĩsidias. Duodecim frez vno p̃re geniti sum⁹: vn⁹ nõ ẽ sup: minim⁹ cũ p̃re nr̃o ẽ in terra chanaan. Qui ait nobis. Sic ꝓbabo qd̃ pacifici sitis. Frem vr̃m vnũ dimittite apud me: ꝙ cibaria domib⁹ vestris necessaria sũmite. ꝙ abite. Fratrẽq̃ vestrũ minimũ adducite ad me. vt sciã quod non sitis exploratores: ꝙ istũ q̃ tenet in vinculis recipe possitis: ac deiceps q̃ vultis emẽdi habeatis licẽciã. Hijs dictis. cũ frumẽta effũderẽt. singuli reperierꝝt ī ore saccor̃ ligatas pecunias: exterritisq̃ simul oĩb⁹. dixit p̃r iacob. Absq̃ liberis me esse fecistis. Joseph nõ ẽ sup: simeon tenet in vinculis. ꝙ beniamin auferetis. In me hec oĩa mala reciderũt. Cui respondit ruben. Duos filios meos interfice: si nõ reduxero illũ tibi. Trade illũ in manu mea: ꝙ ego eum tibi restituã. At ille: nõ descendet inquit filius meus vobiscũ. Frater ei⁹ mortu⁹ ẽ: ꝙ ipe sol⁹ remãsit. Si q̃d ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pgitis: deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Capitulum. .XLIII.

Interim fames oĩez terrã vehemẽter ꝓmebat: consumptisq̃ cibis q̃s ex egipto detulerãt dixit iacob ad filios suos. Reuertimĩ: ꝙ emite nobis pauxillum escarum. Respondit iudas. Denunciauit nobis vir ille sub attestacõne iurisiurandi. dicens. Non videbitis faciem meam: nisi fratrem vestrum minimũ adduxeritis vobiscum. Si ergo vis eum mittere nobiscum pergemus pariter ꝙ ememus tibi cibaria si autẽ non vis: nõ ibimus: vir eĩ (vt sepe dixim⁹) denunciauit nobis dicẽs. Non videbitis faciem meam absq̃ fratre vestro minimo. Dixit eis isrl̃. In meã hoc fecistis miseriã: vt ĩdicaretis ei ꝙ aliũ habere vos frez. At illi respõderũt. Interrogauit nos hõ ꝓ ordinẽ nostrã pgenie: si pater viueret: si haberem⁹ fratrez. Et nos respondim⁹ ei consequẽter: iuxta id qd̃ fuerat scisscitatus. Nũquid scire poteram⁹ q̃ dictur⁹ eẽt: adducite frez vr̃m vobiscũ! Judas q̃ dixit p̃ri suo. Mitte puer̃ mecuz vt ꝓficiscamur ꝙ possemus viuere: ne moriamur nos et puuli nostri. Ego suscipio puerum: de manu mea require illuz. Nisi reduxero ꝙ reddidero eũ tibi: ero peccati reus in te oĩi tẽpore. Si nõ intercessisset dilatõ: iam vice altera venissem⁹. Igit̃ israel pater eor̃ dixit ad eos. Si sic necesse ẽ. facite quod vultis. Sumite ꝺ optimis terre fructib⁹ in vasis vr̃is ꝙ deferte viro munera: modicũ resine ꝙ mellis. ꝙ storacis ꝙ stactes. therebinti. ꝙ amigdalar̃. Pecuniazq̃ duplicẽ ferte vobiscũ: ꝙ illã quã inuenistis ī sacculis reportate: ne forte errore factuz sit. Soz ꝙ frez vr̃m tollite: ꝙ ite ad virũ. Deus aũt me⁹ oĩpotẽs faciat vobis eũ placabilẽ: ꝙ remittat vobiscũ frez vr̃m quẽ tenet ī vr̃culis: ꝙ hũc beniamin. Ego aũt q̃si orbat⁹. absq̃ liberis ero. Tulerũt ergo viri munera ꝙ pecuniã duplicẽ ꝙ beniamin: descẽderũtq̃ ī egiptũ: ꝙ steterũt corã ioseph. Quos cũ ille vidiss̃ ꝙ beniamin simul: p̃cepit dispẽsatori dom⁹ sue dicẽs. Introduc viros domũ: ꝙ occide victimas. ꝙ ĩstrue ꝓuiuiũ:

quoniam hodie mecū sūt comesturi ī meridie. Fecit ille qđ sibi fuerat imperatū: & introduxit viros domum. Ibiq; exterriti dixerūt mutuo. Propter pecuniā quā retulim⁹ prius ī saccis nostris, ītroducti sum⁹. vt devoluat ī nos calūniā. & violenter subiciat seruituti: & nos & azinos nostros. Quāobrem ī ipis foribꝰ accedentes ad dispēsatorē. locuti sunt. Oram⁹ dñe vt audias nos. Jā ante descendim⁹. vt emeremus escas: qbꝰ emptis. cū venissem⁹ ad diversoriū. aperuim⁹ saccos nostros. & ĩuenim⁹ pecuniā ī ore saccoꝝ: quā nūc eodē pondere reportauim⁹. Sed & aliud attulim⁹ argētū: vt emam⁹ q̄ nobis necessaria sūt. Nō ē ī nr̄a ꝓscia: qs posuit eā ī marsupijs nostris. At ille rñdit. Pax vobiscū: nolite timere. De⁹ vester & de⁹ p̄is vestri. dedit vobis thesauros ī saccis vestris. Nā pecuniā quaz dedistis mihi: probatam ego habeo. Eduxitq; ad eos simeon. Et ītroductis domū attulit aquā: et lauer̄t pedes suos: dedितq; pabulū azinis eoꝝ. Illi vero parabant munera: donec ingrederet̄ ioseph meridie. Audierāt enī q̄ ibi comesturi eēnt panem. Igit̄ ingressus est ioseph domū suā: obtulerūtq; ei mūera. tenētes ī manibꝰ suis & adorauerūt pni in terrā. At ille clemēter resalutatis eis. interrogauit eos dicens. Sanusne ē p̄r vester senex: de q̄ dixeratis mihi: Adhuc viuit: Qui rñderūt. Sospes ē. seruus tu⁹ p̄r noster. Adhuc viuit. Et incuruati adorauerunt eū. Attollēs aūt ioseph oculos: vidit beniamin fratrē suū vterinū. & ait. Jste ē fr̄ vester puul⁹: ꝺ q̄ dixeratis mihi: Et rursū. De⁹ inq̄t miserea-tur tui fili mi. Festinauitq; ī domū. q̄r cōmota fuerāt viscera ei⁹ sup fr̄e suo: et erūpebant lacrime: & introiēs cubiculū fleuit. Rursūq; lota facie egressus. cōtinuit se: et ait. Ponite panes. Quibꝰ appositis: seorsū ioseph. et seorsū fr̄ibꝰ. egipcijs q̄z q̄ vescebā-tur simul seorsū: illicitū ē enī egiptijs comedere cū hebreis. & pphanū putāt huiuscemodi cōuiuiū: sederūt corā eo. primogenitus iuxta primogenita sua. et minim⁹ iuxta etatē suā. Et mirabant̄ nimis: sumptis ptibus quas ab eo acceperāt. Maiorq; ps venit beniamin: ita vt quīq; ptibꝰ excederet. Biberūtq; & inebriati sunt cum eo.

¶ Capitulum. XLIIII.

Precepit aūt ioseph dispēsatori domꝰ sue dicens. Imple saccos eorū frumēto q̄ntū possunt capere: et pone pecunias singuloꝝ in summitate sacci. Ciphū autem meū argenteū. & pciuz quod dedit tritici: pone ī ore sacci iunioris. Factumq; est ita. Et orto mane. dimissi sunt cū azinis suis. Jāq; vrbē exierāt. et pcesserāt paululū. Tūc ioseph accersito dispēsatore domꝰ ait. Surge inquit et persequere viros: & apprehensis dicito. Quare redidistis malum p bono: Ciphus quē furati estis: ipse est in quo bibit dominus meꝰ & in quo auguriari solet. Pessimā rē fecistis. Fecit ille vt iusserat: et apprehensis p ordinē locutus est. Qui respondēr̄t. Quare sic loquit̄ dominus noster: vt serui tui tm̄ flagicij cōmiserint: Pecuniā quam inuenimus in sūmitate saccorum. reportauimus ad te ꝺ terra chanaan. Et quō consequens est. vt furati simus de domo domini tui aurum vl̄ argentuz: Apud quēcūq; fuerit inuentū seruoꝝ tuoꝝ quod queris moriat̄: & nos erim⁹ serui domini nostri. Qui dixit eis. Fiat iuxta vīaz sētēciā. Apud quēcūq; fuerit inuētuz. ipe sit seruus meꝰ. vos aūt eritis innoxij. Itaq; festinato deponētes ī ter̄ā saccos: aperuer̄t singuli. Quos scrutatꝰ. incipiēs a maiore vsq; ad mīmū: ĩuenit ciphuz ī sacco beniamin. At ille scissis vestibꝰ. oneratisq; rursū azinis. reuersi sūt ī opidū: ꝑmulq; iudas cū frībꝰ ingressus ē ad ioseph. Necdū eī de hoc loco abierat. Oēsq; añ eū pitere ī terrā corruer̄t. Quibꝰ ille ait. Cur sic agere voluistis: An ignoratis q̄ ñ sit simil̄ mei ī auguriādi sciencia: Cui iudas. Quid rñdebim⁹ inq̄t dño meo. vl̄ qđ loq̄mur: aut iuste poterim⁹ ob tēdere: De⁹ iueīt iniq̄tatē seruoꝝ tuoꝝ. Ecce oēs serui sum⁹ dñi mei: & nos & apud quez inuētus ē ciphus: Rñdit ioseph. Absit a me: vt sic agā. Qui furat⁹ est ciphū ipe sit seru⁹ meus: vos aūt abite liberi ad p̄rem vestrum. Accedēs aūt propi⁹ iudas. ꝓfitē-ter ait. Oro domine audi me: vt loquatur seruus tu⁹ verbū ī auribꝰ tuis: & ne irascaris famlo tuo. Tu es enī p⁹ pharaonē dñs meꝰ. Interrogasti prius seruos tuos hētis p̄rem aut fr̄em: & nos rñdim⁹ tibi domino meo. Est nobis pater senex: & puer puul⁹ q̄ in senectute illi⁹ nat⁹ est. cuius vterin⁹

frater est mortuus: et ipse solū habet mr̄ sua: pater vero tenere diligit eum. Dixi-
stiq; seruis tuis. Adducite eū ad me: et po nam oculos meos super illum. Suggessi-
m⁹ tibi dño meo: nō pt̄ puer relinq;re pr̄ez suū. Si em̄ illū dimiserit morier̄. Et dixi-
sti seruis tuis. Nisi venerit fr̄ vester mini m⁹ vobiscū: nō videbitis ampli⁹ faciē meā. Cū ergo ascēdissem⁹ ad famulū tuuz pr̄em nostrum: narrauim⁹ ei oīa q̄ locut⁹ ē dñs me⁹. Et dixit pater noster. Reuertimini: et emite nobis parū tritici. Cui dixim⁹. Non possum⁹ ire. Si frater noster minim⁹ de-
scenderit nobiscū. proficiscemur simul: ali oq̄n illo absente. nō autem⁹ videre faciem viri. At ille rñdit. Vos scitis q̄ duos fili os genuerit mihi vxor mea. Egress⁹ ē vn⁹ et dixistis bestia deuorauit eū: et hucusq; ñ cōparet. Si tuleritis et istū et aliq̄d ei ī via contigerit: deducetis canos meos cū mero re ad inferos. Igit̄ si intrauero ad seruū tuum pr̄em nostrū et puer defuerit: cū ani ma illius ex huius aīa dependeat. videritq; eū non esse nobiscum. morietur: et deducēt famuli tui canos eius cuz dolore ad infe-
ros. Ego ꝑpe seruus tu⁹ sim: q̄ ī meā hunc recepi fidē. et spopōdi dicens. Nisi reduxe-
ro eū: peccati reus ero ī patrez meū oīm tēpore. Manebo itaq; seruus tu⁹ ꝑ puero ī ministerio dñi mei: et puer ascendat cuz fratrib⁹ suis. Non em̄ possū redire ad pr̄ez absentē puero: ne calamitatis que oppres-
sura est patrē meū. testis assistam.

Capitulum. .XLV.

Non se poterat vlt̄ cohibere ioseph. multis corā astantib⁹: vnde prece-
pit vt egrederentur cuncti foras: et nullus interesset alienus agnicioni mu-
tue. Eleuauitq; vocem cū fletu: quam au-
dierunt egiptij omnisq; dom⁹ pharaonis: et dixit fratrib⁹ suis. Ego sum ioseph. Ad-
huc pater me⁹ viuit: Nō poterant rñdere fratres: nimio terrore pterriti. Ad quos ille clementer: accedite inquit ad me. Et cū appropinquassent ꝑpe: ego sū ait ioseph frater vester: quē vēdidistis ī egiptū. Noli-
te pauere: neq; vobis durū eē videat̄ q̄ vē didistis me ī hijs regionib⁹. Pro salute em̄ vr̄a misit me de⁹ ante vos ī egiptū. Bien-
niū ē ei q̄ cepit fames eē ī terra: et adhuc q̄nq; anni restant. quib⁹ nec arari poterit nec meti. Premisitq; me de⁹ vt reseruemi-
ni sup terram: et escas ad viuendū habere possitis. Nō vestro cōsilio sed dei volunta-
te huc missus sū: qui fecit me quasi patrez pharaonis. et dñm vniuerse dom⁹ eius: ac principem in om̄i terra egipti. Festinate et ascēdite ad patrez meū: et dicetis ei. Hec mandat filius tuus ioseph. Deus fecit me dñm vniuerse terre egipti. Descēde ad me ne moreris: et habitabis ī terra iessen. Eris q; iuxta me. tu et filij tui. et filij filior̄ tuo-
rum oues tue. et armenta tua. et vniuersa q̄ possides: ibiq; te pascam. Adhuc em̄ q̄n-
q; anni residui sunt famis: ne et tu peas. et om̄is dom⁹ tua: et om̄ia q̄ possides. En ocu li vestri. et oculi fr̄is mei beniamin vidēt: q; os meū loquatur ad vos. Nūciate patri meo vniuersā gloriaz meā: et cūcta que vi didistis ī egipto. Festinate: et adducite eū ad me. Cūq; amplexatus recidisset in collum beniamin fr̄is sui fleuit: illo q; similit̄ flen te similiter sup collū eius. Obsculatusq; est ioseph om̄es fratres suos: et plorauit super singulos. Post q̄: ausi sunt loq̄ ad eū. Au-
ditūq; est et celebri sermone vulgatū ī au-
la regis: venerūt fr̄es ioseph. Et gauisus ē pharao: atq; om̄is familia eius. Dixitq; ad ioseph: vt imperaret fr̄ib⁹ suis dicens. Onerantes iumēta ite ī terrā chanaan. et tollite inde pr̄ez vr̄m et cognacōez. et venite ad me: et ego dabo vobis omnia bona egi-
pti. vt comedatis medullam terre. Precipe etiā vt tollant plaustra ō terra egipti: ad subuectōem puulor̄ suor̄ ac ꝓiugū. Et dicito. Tollite pr̄ez vr̄m. et ꝑperate q̄ntoci⁹ venientes: nec dimittatis q̄cq̄ ō suplectili vr̄a: q; oēs opes egipti vr̄e erūt. Feceruntq; filij isr̄l: vt eis mādatuz fuerat. Quib⁹ de-
dit ioseph plaustra. scōm pharaonis impe rium: et cibaria in itinere. Singulis q̄ pferri iussit binas stolas: beniamin vero dedit tricētos argēteos. cū q̄nq; stolis optimis: tātūdem pecunie et vestiū mittēs pr̄i suo: addēs eis azinos decē. q̄ subueherēt. ex oi-
bus diuicijs egipti: et totidez azinas triti-
cū ī itinere. panesq; portantes. Dimisit g̃ fr̄es suos: et pficiscētib⁹ ait. Ne irascamini ī via. Qui ascēdētes ex egipto. venerūt in terrā chanaan ad pr̄ez suū iacob: et nūcia uerūt ei dicētes. Joseph fili⁹ tu⁹ viuit. et ipe domīatur ī om̄i terra egipti. Quo audito

iacob: quaſi ꝺ graui ſomno euigilās. tamꝫ nō credebat eis: illi econtra referebāt oēm ordinem rei. Cunqꝫ vidiſſet plauſtra ꝙ vniuerſa que miſerat: reuixit ſpiritus eius. ꝙ ait. Sufficit mihi ſi adhuc ioſeph filiꝰ meus viuit: vadam et videbo illuꝫ antęꝙ moriar.

Capitulum. XLVI.

PRofectuſqꝫ iſrł cuꝫ oībꝫ que habebat. venit ad putēū iuramenti: et mactatis ibi victimis deo pr̄is ſui ỳſaac. audiuit eum p viſionē noctę vocantem ſe: et dicentē ſibi. Jacob iacob. Cui reſpondit. Ecce aſſum. Ait illi deus. Ego ſuꝫ fortiſſimꝰ deꝰ pr̄is tui. Noli timere: ſed deſcende in egiptū: qꝛ ī gentē magnā faciā te ibi. Ego deſcendā tecū illuc: ꝙ ego inde adducā te reuertentē. Joſeph ꝙꝫ ponet manꝰ ſuas ſup oculos tuos. Surrexit iacob mane a puteo iuramēti: tulerūtqꝫ eū filij cuꝫ puuł et vxoribꝫ ſuis. ī plauſtris ꝙ miſerat pharao ad portandū ſenē: et oīa ꝙ poſſiderat in tęrra chanaan. Venitqꝫ in egiptū cū oīi ſemine ſuo: filij eiꝰ et nepotes: filie ꝙ cūcta ſimul pgenies. Hec ſūt aūt noīa filioꝝ iſrł. qui ingreſſi ſunt in egiptū: ipi cū liberis ſuis. Primogenitꝰ ruben. Filij ruben: enoch ꝙ phallu. ꝙ eſrom ꝙ charmi. Filij ſimeon: iemuhel. ꝙ iamin. ꝙ zachod. ꝙ iachim. ꝙ ſoer. et saul filiꝰ chananithidis. Filij leui: gerſon. ꝙ chaath. ꝙ merari. Filij iuda: her. et onan. et ſela. et phares. et zara. Mortui ſunt autē her et onan ī tęrra chanaan. Natiqꝫ ſunt filij phares: eſrom et amul. Filij ỳſachar: thola ꝙ phua. ꝙ iobab et ſemrō. Filij zabulon: ſareth. ꝙ chelon. ꝙ iahelel. Hīj filij lỳe. quos genuit ī meſopotamia ſyrie: cuꝫ dina filia ſua. Oēs aīe filioꝝ eiꝰ et filiarū trigintatres. Filij gad: ſephion. ꝙ aggi. et ſuphi. et eſebon. ꝙ ſuni. et beeri. ꝙ arodi. ꝙ areli. Filij aſer. iamne. et ieſua. et ieſui. et beria. zara ꝙꝫ ſoror eoruꝫ. Filij beria: heber et melchiel. Hīj filij zelphe. quā dedit laban lỳe filie ſue: ꝙ hos genuit iacob. ſedecim aīas. Filij rachel vxoris iacob: ioſeph et beniamin. Natiqꝫ ſunt ioſeph filij in tęrra egipti: ꝙs genuit ei aſſeneth filia phutifaris ſacerdotis heliopoleos. manaſſes. ꝙ effraim. Filij beniamin: bela. et bechor. ꝙ aſbel. et gera. ꝙ naaman. ꝙ iechri. ꝙ iethros. mophim ꝙ ofim. ꝙ ared. Hīj filij rachel quos genuit iacob: omnes anime quatuordecim. Filij dan: uſim. Filij neptalim: iaſiel. ꝙ guni. ꝙ ieſer. ꝙ ſalem. Hīj filij bale. quaꝫ dedit laban racheli filie ſue: et hos genuit iacob: omnes anime ſeptē. Cūctęqꝫ aīe que ingreſſe ſunt cū iacob in egiptum: ꝙ egreſſe ſunt ꝺ femore illius. abſqꝫ vxoribꝫ filioꝝ eius: ſexaginta ſex. Filij autē ioſeph. q̄ nati ſūt ei in tęrra egipti: aīe due. Oīnes aīe domus iacob. que īgreſſe ſunt in egiptū: fuere ſeptuaginta. Miſit aūt iacob iudaꝫ ante ſe ad ioſeph ī egiptū vt nunciaret ei: et ille occurreret ī ieſſen. Quo cū peniſſet iūcto ioſeph curru ſuo. aſcendit obuiā pr̄i ad eūdē locum: videſqꝫ eū irruit ſup collū eiꝰ: ꝙ inter amplexꝰ fleuit. Dixitqꝫ pater ad ioſeph. Jā letus moriar qꝛ vidi faciē tuā: ꝙ ſuſtitē te relinq̄. Et ille locutꝰ eſt ad fratres ſuos: et ad oēꝫ domū pr̄is ſui. Aſcendā et nūciabo pharaoni: dicā qꝫ ei. Frēs mei et domꝰ pr̄is mei q̄ erant ī tęrra chanaan. venerunt ad me: et ſunt viri paſtores ouium curāqꝫ habēt alendorum gregū. Pecora ſua. et armēta et omnia que habere potuerunt. adduxerūt ſecū. Cūqꝫ vocauerit vos. ꝙ dixerit. qꝺ eſt opus veſtrum: reſpondebitis. Viri paſtores ſumus ſerui tui. ab infantia noſtra vſqꝫ in pręſens: et nos ꝙ patres noſtri. Hec autem dicetis. vt habitare poſſitis ī tęrra ieſſen: quia detęſtantur egiptij omnes paſtores ouium.

Capitulum. XLVII.

INgreſſus ergo ioſeph: nunciauit pharaoni dicēs. Pater meus ꝙ fratres. oues eorum ꝙ armēta. ꝙ cuncta q̄ poſſident. venerūt ꝺ tęrra chanaan: et ecce conſiſtunt ī tęrra ieſſen. Extremos qꝫ fratrū ſuoꝝ quinqꝫ viros. conſtituit coram rege. Quos ille ītęrrogauit. Quid habetis operis? Rñderūt. Paſtores ouiū ſumꝰ ſerui tui: et nos et pr̄es nr̄i. Ad peregrinādū in tęrrā tuā venimꝰ: qm̄ nō ē herba gregibꝫ ſeruoꝝ tuorū. in grauescētę fame in tęrra chanaan. Petimuſqꝫ vt eē nos iubeas ſeruos tuos ī ̄ra ieſſen. Dixit itaqꝫ rex ad ioſeph. Pater tuus et fratres tui venerūt ad te. Terra egipti in conſpectu tuo eſt: ī optimo loco fac eos habitare: et tradę eis tęrrā ieſſen. Quod ſi noſti ī eis eē viros induſtrios: cōſtitue illos magiſtros

pecorũ meoꝝ. Post hec introduxit ioseph patrez suũ ad regez :ꝙ statuit eum coram eo. Qui benedicens illi:ꝙ interrogatus ab eo. quot sunt dies annoꝝ vitæ tue: respondit. Dies peregrinacõnis vitæ mee centũ triginta annoꝝ sunt. parui ꝙ mali: et non peruenerunt vsqꝫ ad dies patruz meorum quibꝫ peregrinati sunt. Et benedicto rege. egressus est foras. Joseph vero patri ꝙ fratrib⁹ suis dedit possessionez in egipto ĩ optimo terre solo ramesses. vt pcepat pharao:ꝙ alebat eos: omnezqꝫ domũ patris sui prebens cibaria singulis. In toto em̃ orbe panis deerat:ꝙ oppresserat fames terrã. maxime egipti ꝙ chanaan. Et quibꝫ omnem pecuniã congregauit pro vendicõe frumẽti:ꝙ intulit eaz in erariũ regis. Cunqꝫ defecisset emptoribꝫ preciũ: venit cũcta egipt⁹ ad ioseph dicẽs. Da nobis panes. Quare morimur corã te. deficiẽte pecunia: Quibꝫ ille respõdit. Adducite pecora vestra ꝙ dabo vobis pro eis cibos: si pciuz non habetis. Que cũ adduxissent dedit eis alimẽta p eqs ꝙ ouibꝫ ꝙ bobꝫ ꝙ azinis. sustẽtauitqꝫ eos illo anno pro cõmutacõne pecoꝝ. Venerũt qꝫ anno scdo:ꝙ dixerũt ei. Non celam⁹ dño nro qꝝ deficiẽte pecunia. pecora simul defecerũt: nec clam te ẽ: qꝝ absqꝫ libis corpibꝫ ꝙ terra nihil habem⁹. Cur ergo moriemur te videte: Et nos ꝙ terra nra tui erim⁹. Eme nos ĩ seruitutẽ regiã. et pbe semina: ne pereunte cultore redigat terra ĩ solitudiez. Emit igit ioseph oẽz terrã egipti: vendẽtibꝫ singul' possessiones suas pre magnitudie famis. Subiecit eãqꝫ pharaoni. ꝙ cunctos pplos ei⁹ a nouissimis terminis egipti vsqꝫ ad extremos fines ei⁹ pter terrã sacerdotũ q̃ a rege tradita fuerat eis qb⁹ et statute ciaria ex horreis publicis pbebant: ꝙ idcirco nõ sunt cõpulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo ioseph ad pplos. En vt cernitis ꝙ vos ꝙ terram vram pharao possidet. Accipite semia ꝙ serite agros: vt fruges habere possitis. Quĩtã pte regi dabitis: q̃tuor reliqs pmitto vobis ĩ sementẽ. ꝙ ĩ cibũ familijs et liberis vris. Qui rñdert. Salus nra ĩ manu tua ẽ. Respiciat nos tm̃ dñs noster: ꝙ leti seruiem⁹ regi. Ex eo tpe vsqꝫ ĩ psentẽ diẽ ĩ vniuersa terra egipti regibꝫ quinta ps soluit: et factũ ẽ quasi ĩ legẽ. absqꝫ terra sacerdotali: q̃ libera ab hac condicõne fuit. Habitauit ergo israel in egipto. id est ĩ terra iessen ꝙ possedit eã: auctusqꝫ est ꝙ multiplicat⁹ nimis:ꝙ vixit ĩ ea decẽ ꝙ septẽ ãnis. Factiqꝫ sunt omnes dies vite illius centuzq̃dragintaseptẽ annorũ. Cunqꝫ appropinq̃re cerneret diẽ mortis eius. vocauit filiũ suum ioseph:ꝙ dixit ad eum. Si inueni gratiaz in conspectu tuo. pone manuz tuã sub femore meo. ꝙ facies mihi misericordiaz ꝙ veritatẽ: vt non sepelias me in egipto: sed dormiaz cum patribus meis:ꝙ auferas me de terra hac. condasqꝫ me in sepulcro maiorũ. Cui respondit ioseph. Ego faciã quod iussisti. Et ille: iura ergo ĩquit mihi. Quo iurante: adorauit israel dominuz conuersus ad lectuli caput.

Capi. XLVIII.

His itaqꝫ transactis nunciatuz est ioseph. q̃ egrotaret pater su⁹. Qui assumptis duobus filijs manasse ꝙ ephraim: ire perrexit. Dictũqꝫ est seni. Ecce filius tuus ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se ioseph ait. Deus om̃ipotens apparuit mihi in luza. q̃ est in terra chanaan: bñdixitqꝫ mihi:ꝙ ait. Ego te augebo et mltiplicabo:ꝙ faciã te ĩ turbas pplorꝝ. Daboqꝫ tibi terrã hãc.ꝙ semĩ tuo pt⁹ te: ĩ possessionem sẽpiternã. Duo ergo filij tui q̃ nati sũt tibi ĩ terra egipti añq̃ huc venirẽ ad te mei ert ephraim ꝙ manasses: sicut simeon ꝙ ruben reputabũt mihi. Reliqs at qs genueris p⁹ eos tui erũt: et noie fratrꝝ suorꝝ vocabũt ĩ possessionibꝫ suis. Mihi ei qñ veniebaz ꝺ mesopotamia. mortua est rachel in terra chanaan: ĩ ipo itinere. Gratqꝫ vernũ tpus. Et ingrediebar ephrataz. et sepeliui eã iuxta viã ephrate q̃ alio noie vocabat bethleem. Videsq̃ at filios ei⁹. dixit ad euz. Qui sunt isti: Rñdit. Filij mei sũt: qs donauit mihi dñs ĩ hoc loco. Adduc inquit eos ad me: vt bñdicã ill'. Oculi ei isrl' caligabãt p nimia senectute:ꝙ clare videre nõ poterat. Applicatosqꝫ ad se deosculatos. et circũplex⁹: dixit ad filiũ suũ. Nõ sum fraudat⁹ aspectu tuo: ĩsup oñdit mihi de⁹ semĩ tuũ. Cũqꝫ tulisset eos ioseph ꝺ gremio patris. adorauit pnus ĩ terrã:ꝙ posuit ephraim ad dexterã suã id ẽ ad sinistrã isrl': manassen vero in sinistra sua ad dexteram scz

patris:applicuitq; ambos ad eũ.Qui extẽ dens manũ dexterã.posuit super caput ef-
fraim minoris fratris:sinistrã aũt sup ca-
put manasse qui maior natu erat:commu
tãs man⁹. Benedixitq; iacob filios ioseph:
et ait.Deus i cui⁹ cõspectu ambulauerunt
pres mei abrahaz et ysaac:deus qui pascit
me ab adolescentia mea vsq; in presentem
die:angel⁹ q eruit me ꝺ cũctis malis.bñ-
dicat pueris istis: et inuocet sup eos no-
me meũ.nomina q; pres meor; abraham et
ysaac:et crescant i multitudine sup terrã.
Videns aũt ioseph q posuisset pr su⁹ dexterã
manum sup caput effraim: grauiter acce-
pit.Et apprehẽsã manũ pris.leuare cona-
tus est.ꝺ capite effraim: et transferre sup
caput manasse.Dixitq; ad pres.Nõ ita cõ
uenit pater:quia hic ẽ primogenitus.Po-
ne dexterã tuã sup caput ei⁹. Qui rẽnuẽs
ait. Scio fili mi scio.Et iste quipe erit i
populos.et multiplicabit:sed frater eius
minor maior erit illo:et semẽ illi⁹ crescet
i gẽtes.Benedixitq; eis in tpe illo dicẽs. In
te bñdicet israꝫ:atq; dicet. Faciat tibi de⁹
sicut effraim et sicut manasse.Constitut-
q; effraim ãte manassen. Et ait ad ioseph
filiũ suũ.En ego morior:et erit deus vobi-
scũ:et reducz vos ad trã pr vor;.Do tibi
ptẽ vnã extra fres tuos:quã tuli ꝺ manu
amorrei i gladio et arcu meo.Ca.XLIX.

Vocauit aũt iacob filios suos :et ait
eis.Congregamini:vt ãnũciẽ que
ventura sunt vobis i diebꝫ nouissi-
mis.Cõgregamini et audite filij iacob:au
dite israꝫ pres vestr;. Ruben primogenitus
meus. Tu fortitudo mea:et principiũ do
loris mei.Prior i donis:maior i imperio.
Effusus es sicut aqua.Nõ crescas:q; ascẽ-
disti cubile pris tui:et maculasti stratum
ei⁹.Symeon et leui fratres:vasa iniqtatis
bellantia. In cõsiliuz eor; nõ veniat ania
mea.et i cetu illor; nõ sit gloria mea:quia
in furore suo occiderũt virũ:et i volũtate
sua suffoderũt murũ. Maledict⁹ furor eo-
rũ q; ptinax:et idignatõ eor; q; dura. Di-
uidam eos i iacob:et dispgam eos in israꝫ.
Juda:te laudabũt fratres tui. Man⁹ tue
in ceruicibꝫ inimicorũ tuor;: adorabũt te
filij pris tui. Catul⁹ leonis iuda.Ad pre-
dam fili mi ascendisti requiescẽs accubui-
sti vt leo et q̃si leena.Quis suscitabit eum?
Nõ auferet sceptrũ ꝺ iuda.et dux ꝺ femo
re eius:donec veniat q mittẽdus est:et ipe
erit expectacõ gentiũ.Ligãs ad vineã pul
lum suũ:et ad vitẽ o fili mi azinã suã.La-
uabit i vino stolã suã: et i sãguine vue pal
liũ suũ.Pulcriores sunt oculi eius vino.et
dentes eius lacte candidiores.Zabulon i
litore maris habitabit:et in stacõne naui-
uz:pringẽs.vsq; ad sidonẽ. Ysachar azin⁹
fortis:accubãs inter terminos. Vidit req
em q eẽt bona.et terrã q optima: et suppo-
suit humerũ suũ ad portandus:factusq; ẽ
tributis seruiẽs.Dan iudicabit populum
suum:sicut et alia tribꝫ i israꝫ.Fiat dan co
lubeꝛ i via.cerastes i semita:mordẽs vngu
las eq;:vt cadat ascensor eius retro.Salu
tare tuũ expectabo dne.Gad accinct⁹ pli-
abit ante eũ:et ipe accinget retrorsũ.Aser
pinguis panis ei⁹ :et pbebit delicias regibꝫ.
Neptalim ceruus emissus:et dans eloquia
pulcritudinis. Filius accrescens ioseph :
fili⁹ accrescẽs et decorus aspectu. Filie di-
scurrerunt sup muruz: sed exasperauerũt
eũ.et iurgati sunt:inuiderũtq; illi habẽtes
iacula.Sedit in forti arcus ei⁹ et dissolu-
ta sunt vincula brachior;et manuũ illius.
p man⁹ potẽtis iacob. Inde pastor egres-
sus est: lapis israꝫ. De⁹ patris tui erit ad-
iutor tuus.et omipotẽs benedicet tibi be-
nedictõibꝫ celi desuper.benedictõibꝫ abissi
iacentis deorsum:benedictionibꝫ uberum
et vulue.Benedictões pris tui. confortа-
te sunt benedictõibꝫ patrum eius:donec
veniret desiderium collium eternor;. Fiãt
in capite ioseph et i vertice nazarei:inter
fratres suos.Beniamin lupus rapax:ma-
ne comedet pdaz:et vespere diuidet spolia.
Omnes hij i tribꝫ israel duodecim.Hec
locut⁹ est eis pater suus:benedixitq; sin-
gulis benedictõibꝫ pris.et precepit eis di-
cens.Ego congregor ad populum meum.
Sepelite me cum patribꝫ meis in spelun-
ca duplici.que est i agro ephron ethei.cõ-
tra mambre in terra chanaan: quaz emit
abrahaz cũ agro.ab ephron etheo i posses-
sionem sepulcri. Ibi sepelierũt eũ:et saraz
uxorẽ eius. Ibi sepultus est ysaac cuz re-
becca coniuge sua. Ibi et lia condita iacz.
Finitisq; mãdatis q̃bꝫ filios instruebat .
collegit pedes suos sup lectulũ et obiit: ap
positusq; ẽ ad pplm suũ. Capitulũ.L.

Quod cernens ioseph: ruit sup faciē p̄ris flens et deosculās eū: p̄cepitq; seruis suis medicis: vt aromatibꝫ ꝯdirēt p̄rez. Quibꝫ iussa explētibꝫ: trāsierūt q̄draginta dies. Iste quippe mos erat cadauer̄ ꝯditor̄. Fleuitq; eū egipt⁹ septuagīta diebꝫ. Et expleto plāctus tp̄e: locutus est ioseph ad familiā pharaonis. Si inueni gr̄am in ꝯspectu vr̄o. loq̄mini in auribꝫ pharaonis: eoq̄ p̄r me⁹ adiurauerit me dicēs. En morior: ī sepulcro meo quod fodi mihi in terra chanaan. sepelies me. Ascendā igit̄ ⁊ sepeliā p̄rem meuz: ac reuertar. Dixitq; ei pharao. Ascende ⁊ sepeli p̄rem tuū: sicut adiuratus es. Quo ascendēte: ierūt cū eo oēs senes dom⁹ pharaōis. cūctiq; maiores natu terre egipti: dom⁹ ioseph cū fr̄ibꝫ suis absq; paruul': ⁊ gregibꝫ atq; armētis: que dereliquerūt in terra iessen. Habuit q̄z in comitatu curr⁹ ⁊ equites: ⁊ facta est turba nō modica: venerūtq; ad areā agad que sita est t̄ns iordanē: vbi celebrātes exequias plāctu magno. atz vehemēti. impleuerūt septē dies. Qd̄ cū vidissent habitatores terre chanaā dixerūt. Plāctus magn⁹ est iste egipcijs. Et idcirco vocatū est nomē loci illi⁹ planctus egipti. Fecerūt g̊ filij iacob sicut p̄cepat eis ⁊ portātes eū in terrā chanaan: sepelierūt eū in spelūca duplici: quā emerat abrahā cū agro in possessionē sepulcri ab ephrō etheo: ꝯtra faciē mābre. Reuersusq; est ioseph in egiptū cū fr̄ibꝫ suis ⁊ oī comitatu: sepulto p̄re. Quo mortuo timētes fr̄es eius ⁊ mutuo colloq̄ntes: ne forte memor sit iniurie quā passus ⁊ reddat nobis om̄e maluz qd̄ fecimus: mādauer̄t ei. Pater tu⁹ p̄cepit nobis anteq̄ moreret̄: vt hec tibi verbis illi⁹ dicerem⁹. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrū tuor̄: ⁊ peccati atz malicie quā exercuer̄t in te. Nos quoq; oram⁹: vt ꝑuo dei p̄ri tuo dimittas iniquitatē hāc: q̄bꝫ auditis fleuit ioseph: venerūtq; ad eū fr̄es sui: ⁊ ꝓni adorantes in terrā dixerūt. Serui tui sumus. Quibꝫ ille rn̄dit. Nolite timere. Nū dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malū: sed deus vertit illud in bonū: vt exaltaret me sicut in p̄ntiar̄ cernitis ⁊ saluos faceret multos ꝓpl'os. Nolite timere. ego pascam vos et paruulos vestros. Cōsolatusq; est eos et blande et leniter est locutus ⁊ habitauit in egipto cū om̄i domo p̄ris sui. Vixitq; centūdecē annis et vidit effraim filios vsq; ad terciā generationē. Filij quoq; machir filij manasse nati sunt in genibꝫ ioseph. Quibꝫ trāsactis: locutus est fratribꝫ suis. Post mortē meā deus visitabit vos ⁊ ascendere vos faciet de terra ista ad terrā quā iurauit abraham. ÿsaac et iacob. Cūq; adiurasset eos atz dixisset. de⁹ visitabit vos. asportate ossa mea vobiscū de loco isto mortu⁹ ē. expletis centūdecem vite sue annis et ꝯditus aromatibus repositus est in loculo in egipto.

¶ Explicit genes. Incipit ellesmoth quē nos Exodi dicim⁹. ¶ Capitulū. .I.

Hec sunt nomīa filior̄ isrl' qui ingressi sunt ī egiptū cum iacob. Singuli cum domibꝫ suis introierunt. Ruben. simeon. leui. iudas. ÿsachar. zabulon. et beniamin. dan ⁊ neptalī. gad ⁊ aser. Erāt igit̄ omnes anime eor̄ qui egressi sunt de femore iacob. septuaginta. Joseph autem in egipto erat. Quo mortuo ⁊ vniuers fratribꝫ eius omniq; cognatōe sua: filij israhel creuerūt et quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis impleuer̄t terrā. Surrexit interea rex nouus super egiptum: qui ignorabat ioseph. Et ait ad populuz suum. Ecce popul⁹ filior̄ israhel mult⁹ ē ⁊ fortior nobis est. Venite sapient̄ opprimamus eum: ne forte multiplicetur: etsi ingruerit contra nos bellum: addat̄ inimicis nostris: expugnatisq; nobis. egrediat̄ de terra. Preposuit itaq; eis magistros oper̄: vt affligerent eos oneribꝫ. Edificaueruntq; vrbes tabernaculorum pharaoni. phiton et ramasses. Quantoq; opprimebant eos tantomagis multiplicabantur et crescebāt. Oderantq; filios israhel egipcij: et affligebant illudentes et inuidentes eis: atq; ad amaritudinem perducebant vitam eor̄ operibus duris luti et lateris: omni quoq; famulatu quo in terre operibus premebantur. Dixit autez rex egipti obstetricibꝫ hebreor̄: quar̄ vna vocabat̄ sephora. altera phua p̄cipiēs eis.

Quando obstetricabitis hebreas:et par-
tus tpus aduenerit:si mascul⁹ fuerit in-
terficite eũ:si femina reseruate. Timuer̃t
aũt obstetrices deum:et nõ fecerũt iuxta
preceptũ regis egipti:sed ꝓseruabãt ma-
res. Quibꝫ accersitis ad se rex ait. Quid
nam est hoc qꝺ facere voluistis vt pueros
seruaretis? Que rñderũt. Non sunt hebree
sicut egipcie mlieres. Ipse enĩ obstetricã-
di hñt scientiã:et priusq̃ veniam⁹ ad eas
pariũt. Bene ergo fecit dñs obstetricibꝫ:
et creuit ꝑ̄s ꝓfortatusq; est nimis. Et q̃
timuer̃t obstetrices deũ. edificauit eis do-
mos. Precepit ergo pharao omĩ ꝑ̄o suo.
dicẽs. Quicqꝺ masculini sexus natum fu-
erit in flumen proicite quicquid femine
reseruate.

¶ Capituluꝫ. .II.

Egressus ẽ post hoc vir de domo le-
ui et accepit vxorẽ stirpis sue: que
ꝯcepit ⁊ pepit filiũ:⁊ videꝫ eũ ele-
gantem:abscondit tribꝫ mẽsibꝫ. Cũq; iam
celare nõ posset. sũpsit fiscellã scirpeã ⁊ li-
niuit eam bitumine ac pice:posuitq; int⁹
infantulũ:et exposuit euꝫ in carecto ripe
fluminis:stãte procul sorore eius et ꝯsidе-
rãte euentũ rei. Ecce aũt descendebat filia
pharaonis vt lauaret̃ in flumine:⁊ puelle
eius gradiebant̃ ꝑ crepidinem aluei. Que
cũ vidisset viscellã in papiriõe:misit vnã
e famulabꝫ suis ⁊ allatã apiẽs cernẽsq; in
ea paruulũ vagientẽ:miserta eius ait. De
infantibꝫ hebreox est hic. Cui soror pueri:
vis inquit vt vadã:vocẽ tibi mlierem he
breã que nutrire possit infantulũ? Rñdit.
Vade. Perrexit puella ⁊ vocauit matrẽ su
am. Ad quã locuta filia pharaonis: acci-
pe ait puex istũ ⁊ nutri mihi ego dabo ti-
bi mercedẽ tuã. Suscepit mlr ⁊ nutriuit
puex: adultũq; ẽdidit filie pharaõis. Quẽ
illa adoptauit in locũ filij: vocauitq; no-
men ei⁹ moyses. dicẽs: qꝛ de aqua tuli eũ.
In diebꝫ illꝭ postq̃ creuerat moyses egres-
sus ẽ ad frẽs suos: vidитq; afflictionẽ eox
⁊ vix egiptiũ ꝑcutientẽ quendã de hebreis
frib⁹ suis. Cũq; ꝯspexisset huc atq; illuc:⁊
nullũ adesse vidisset: ꝑcussũ egipciũ abscõ
dit sabulo. Et egressus die altero: ꝯspexit
duos hebreos rixantes: dixit ei ꝙ faciebat
iniuriã. Quare ꝑcutis ꝓximũ tuum? Qui
rñdit. Quis ꝯstituit te principẽ ⁊ iudicem
super nos? Nũ occidere me tu vis: vt beri
occidisti egiptum? Timuit moyses et ait.
Quõ palã factũ est verbũ istud? Audiuit-
q; pharao ꝟmonẽ hũc:⁊ querebat occidere
moysen. Qui fugiẽs de cõspectu ei⁹ mora-
tus est in terra madian: et sedit iuxta pu-
teũ. Erãt aũt sacerdoti madian septẽ filie
que venerãt ad hauriendã aquã et imple-
tis canalibꝫ: adaq̃re cupiebãt greges ꝑ̄is
sui. Supuenere pastores: et eiecerũt eas.
Surrexitq; moyses et defenꝺ puell' adaq̃-
uit oues eax. Que cũ ꝛuertissent ad ietro
patrẽ suũ: dixitq; ad eas. Cur velociꝰ ve-
nistis solito? dixerũt. Vir egiptius libera-
uit nos de manu pastox. Insup et hausit
aquã nobiscũ: potũq; dedit ouibꝫ. At ille:
vbi est inquit? Quare dimisistis hominez?
Vocate eum vt comedat panẽ. Iurauit q̃
moyses q̃ habitaret cum eo. Accepitq; se-
phoram filiã eius vxorẽ que peperit ei filiũ
quẽ vocauit ierson. dicẽs. Aduena fui in
terra aliena. Altex vero peperit quẽ voca
uit eliezer: dicẽs. Deus enĩ ꝑ̄is mei adiu
tor meus ⁊ eripuit me ꝺ manu pharaõis.
Post multũ vero tpis mortu⁹ est rex egi-
pti. Et ingemiscẽtes filij isrl' ꝑ̄ opa: voci-
ferati sunt. Ascẽditq; clamor eox ad deuz
ab operibꝫ et audiuit gemituz eox: ac re-
cordatus est federis qꝺ pepigit cũ abrahã.
ysaac ⁊ iacob. Et respexit dñs filios isrl':
et cognouit eos.

¶ Capitulum. .III.

Moyses aũt pascebat oues ietro so-
ceri sui: sacerdotis madian. Cũq;
minasset gregẽ ad interiora deserti.
venit ad montem dei oreb. Apparuitq; ei
dñs in flãma ignis de medio rubi:⁊ vide-
bat q̃ rubꝫ arderet: et nõ ꝯburet̃. Dixit q̃
moyses. Vadã ⁊ videbo visionẽ hanc ma-
gnã: q̃re nõ ꝯburat̃ rubꝫ. Cernẽs aũt dñs
q̃ ꝓgerꝛ ad videndũ: vocauit eũ de medio
rubi: et ait. moyses moyses. Qui rñdit.
Assum. At ille: non appropies inquit huc.
Solue calciamentũ de pedibꝫ tuis. Locus
enĩ in q̃ stas tra sancta est. Et ait: ego suꝛ
deus ꝑ̄is tui: deus abrahã et deus ysaac:
et de⁹ iacob. Abscõdit moyses faciẽ suaz.
Non enĩ audebat aspicere ꝯ̄ deũ. Cui ait
dñs. Vidi afflictionẽ ꝑ̄i mei in egiptꝫ: et
clamorẽ ei⁹ audiui: ꝓter duricieã eox qui
presunt opibꝫ. Et sciẽs dolorẽ ei⁹: descẽdi
vt liberem eum de manibꝫ egipciorum: et

educaz de terra illa in terrã bonam ⁊ spaciosaz: in terrã q̃ fluit lacte ⁊ melle: ad loca chananei ⁊ ethei ⁊ amorrei ⁊ pherezei. et euei ⁊ iebusei. Clamor ḡ filioꝝ isrl̃ veĩt ad me. vidiq̃ afflictionẽ eoꝝ q̃ ab egiptijs opprimunt̃. Sed veni ⁊ mittã te ad pharaonẽ: vt educas ꝑplm meũ filios isrl̃ de egipto. Dixitq̃ moyses ad deũ. Quis sũ ego: vt vadã ad pharaonẽ ⁊ educã filios isrl̃ ⁊ egipto? Qui dicit ei. Ego ero tecum ⁊ hoc bẽbis signũ q̃ miserim te. Cũ eduxeris populũ meũ de egipto: immolab̃ deo supr mõtem istũ. Ait moyses ad deũ. Ecce ego vadã ad filios isrl̃ ⁊ dicã eis. Deꝰ pr̃m vr̃oꝝ misit me ad vos. Si dixerĩt mihi qd̃ ẽ nomẽ ei⁹: qd̃ dicã eis? Dixit dñs ad moysẽ. Ego sũ q̃ sũ. Ait. Sic dices filijs isrl̃. Qui est: misit me ad vos. Dixitq̃ itez deus ad moysen. Hec dices filijs isrl̃. Dñs deꝰ pr̃m vr̃oꝝ. deꝰ abrahã. deꝰ ysaac et deus iacob: misit me ad vos. Hoc nomẽ mihi est ineternũ ⁊ hoc mẽoriale meũ in generatõne ⁊ generationẽ. vade ⁊ ꝯgrega seniores isrl̃: et dices ad eos. Dñs deꝰ pr̃m vr̃oꝝ apparuit mihi: deꝰ abrahã ⁊ deus ysaac ⁊ deꝰ iacob· dicẽs. Visitãs visitaui vos ⁊ vidi oĩa q̃ acciderũt vob̃ in egipto: ⁊ dixi vt educã vos de afflictõne egipti: in terrã chananei ⁊ ethei ⁊ amorrei ⁊ pherezei ⁊ euei ⁊ iebusei: ad terrã fluentẽ lacte ⁊ melle ⁊ audiẽt vocem tuã. Ingredieriscq̃ tu ⁊ seniores isrl̃: ad regẽ egipti ⁊ dices ad eũ. Dñs deus hebreoꝝ vocauit nos. Ibim⁹ viã triũ dierꝝ ĩ solitudinẽ: vt immolem⁹ dño deo nr̃o. Sz ego scio q̃ non dimittet vos rex egipti vt eatis: nisi ꝑ manũ validã. Extendãq̃ manũ meã ⁊ ꝑcuciã egiptũ in cũctis mirabilibꝰ meis q̃ factur⁹ sum ĩ medio eoꝝ: post hoc dimittet vos: daboq̃ gr̃am ꝑplo huic corã egipcijs. Et cũ egredimĩ: nõ exibitis vacui: sz postulabit mlier a vicina sua: et ab hospita sua: vasa argentea ⁊ aurea: ac vestes. ponetisq̃ eas super filios et filias vestras ⁊ spoliabitis egiptum.

Capitulum. .IIII.

Respondẽs moyses ait. Non credẽt mihi neq̃ audiẽt vocẽ meã: sed dicent. nõ apparuit tibi dñs· Dixit ḡ ad eũ. Quid est qd̃ tenes ĩ manu tua? Rñdit. Virga. Dixitq̃ dñs. Proicie eã in trã Proiecit: et versa est in colubꝝ: ita vt fugeret moyses. Dixitq̃ dñs. Extẽde manũ tuã et apprehẽde caudã eius. Extẽdit et tenuit: versaq̃ est in virgã. Vt credãt inqt q̃ apparuerit tibi deꝰ pr̃m tuoꝝ: deꝰ abrahã. ⁊ deus ysaac. ⁊ deꝰ iacob. Dixitq̃ dñs rursũ. Mitte manũ tuã in sinũ tuũ. Quaz cũ misisset in sinũ: ptulit leprosam ad instar niuis. Rẽde ait manũ tuã in sinũ tuum. Rẽdit: ⁊ ptulit itez ⁊ erat sil̃is carni relique. Si ñ crediderĩt inquit tibi: neq̃ audierint sermonẽ signi ꝓioris: credẽt verbo signi seq̃ntis. Qd̃ si nec duobꝰ q̃dẽ hijs signis crediderĩt: neq̃ audierĩt vocẽ tuã: sume aquã flumis ⁊ effunde eã sup aridã. et quicqd̃ hauseris de fluuio: vertẽt̃ in sãguinẽ. Ait moyses. Obsecro dñe nõ sũ eloquẽs ab heri et nudiustercí⁹ ⁊ exq̃ locut⁹ es ad seruũ tuũ: impeditionis ⁊ tardioris lingue sum. Dixit dñs ad euz. Quis fecit os hois: aut quis fabricat⁹ est mutũ ⁊ surdum, vidẽtẽ ⁊ cecũ? Nonne ego? Perge ḡ et ego ero in ore tuo: doceboq̃ te q̃d loq̃ris. At ille: obsecro inquit dñe: mitte quẽ missurus es. Iratus dñs in moysen ait. Aaron fr̃ tuus leuites. scio q̃ eloq̃ns sit. Ecce ipse egredietẽt̃ in occursum tuũ: videsq̃ te letabitẽt̃ corde. Loquere ad eum ⁊ pone verba mea in ore eius: ⁊ ego ero in ore tuo ⁊ in ore illius: ⁊ ostendam vobis quid agere debeatis. Et ipse loquetur pro te ad populum: et erit os tuum: tu autẽ eris ei in hijs que ad deũ ptinent. Virgam quoq̃ hanc sume in manu tua: in qua facturus es signa. Abijt moyses et reuersus est ad ietro soceruz suum. Dixitq̃ ei. Vadam et reuertar ad fratres meos in egiptum: vt videaz si adhuc viuant. Cui ait ietro. Vade in pace. Dixit ergo dominus ad moysen in madian. Vade ⁊ reuertere ĩ egiptũ. Mortui enim sunt omnes qui querebant animã tuam. Tulit ergo moyses vxorem suam et filios suos: ⁊ imposuit eos super azinũ: reuersusq̃ est ĩ egiptũ: portãs virgam dei manu sua. Dixitq̃ dñs reuertẽti in egiptũ. Vide vt omĩa ostenta que posui in manu tua facias coraz pharaone. Ego indurabo cor eius: ⁊ nõ dimittet populũ. Diceisq̃ ad eum. Hec dicit dñs. Filius meus primogenitus isrl̃. Dixi tibi. Dimitte filium meum vt seruiat mihi: et noluisti dimittere eũ. Ecce ego interficiã filiũ tuũ

primogenitū. Cunqz esset in itinere in diuersorio. occurrit ei dñs 7 volebat occidere eum. Tulit illico sephora acutissimā petrā 7 circūcidit ppuciū filij sui. Tetigitqz pedes ei⁹ 7 ait. Sponsus sanguinū tu mihi es. Et dimisit eū postq̄ dixerat: sponsus sāguinū tu mihi es: ob circumcisionē. Dixit aūt dñs ad aaron. Vade ī occursū moysi in desertū. Qui pgrit obuiā ei in montez dei: 7 osculatus est eū. Narrauitqz moyses aaron oīa verba dñi: p qbo miserat eū: et signa q̄ mādauerat. Venertqz sil' et pgregauerūt cūctos seniores filioz israel: locutusqz est aarō oīa verba q̄ dixerat dñs ad moysen: 7 fecit signa corā plo: 7 credidit pls. Audiertqz q̄ visitasset dñs filios isrl' et q̄ respexisset afflictionem illoz: et proni adorauerunt.

¶ Capitulum. .V.

Post hec ingressi sūt moyses 7 aarō et dixert pharaoni. Hec dicit dñs deus isrl'. Dimitte plm meū vt sacrificet mihi ī deserto. At ille rñdit. Quis est dñs: vt audiā vocē eius 7 dimittā isrl': Nescio dñm 7 isrl' ñ dimittā. Dixeruntqz. Deus hebreoz vocauit nos: vt eam⁹ viam triū diez in solitudinē: et sacrificem⁹ dño deo nro: ne forte accidat nobis pestis aut gladi⁹. Ait ad eos rex egipti. Quare moyses 7 aaron sollicitatis plm ab opibo suis: Ite ad onera vra. Dixitqz pharao. Multus est pls terre. Videtis q̄ turba succreuerit: q̄ntomagis si dederitis eis requiem ab opibo: Precepit q̄ in die illo pfectis operū et exactoribo pli dicēs. Nequaq̄ vltra dabitis paleas plo ad pficiēdos latores: sicut pri⁹: sed ipsi vadāt 7 colligāt stipl'as et mensurā latez quā pri⁹ faciebāt: imponetis super eos: nec minuetis quicq̄. Vacant enī 7 idcirco vociferanē dicētes. Eamus 7 sacrificem⁹ deo nro. Opprimāt operibo: 7 expleāt ea: vt ñ acqescāt verbis mendacibo. Igit egressi pfecti opez et exactores ad plm dixert. Sic dicit pharao. Nō do vob paleas. Ite 7 colligite sicubi inuenire poteritis: nec minuet q̄cq̄ d ope vro Dispsusqz ē pls in omnē terrā egipti: ad colligēdas paleas. Prefecti q̄z opez instabāt dicentes. Cōplete opus vrm q̄tidie: vt pri⁹ facere solebatis qñ dabāt vob palee. Flagellatiqz sunt qui perant opibo filioz israhel: ab exactoribo pharaonis dicētibo. Quare non implestis mensurā latez sicut pri⁹: nec heri nec hodie: Venertqz pposīti filioz: 7 vociferati sūt ad pharaonē dicētes. Cur ita agis pt̄ tuos tuos: Palee nō danē nob 7 latores sil'r imperanē. En famuli tui flagell' cedimur: 7 iniuste agitur pctra pl'um tuū. Qui ait. Vacatis ocio: et idcirco dicitis. Eamus 7 sacrificem⁹ dño. Ite g̃ et opamini. Palee nō dabunē vob: et reddetis psuetū nūez latez. Videbātqz se pposīti filioz isrl' in malū: eoq̄ diceree eis: nō minuee q̄cq̄ opis de latoribo p singl'os dies. Occurrerūtqz moysi 7 aaron q̄ stabāt ex aduerso: egrediētes a pharaone et dixerunt ad eos. Videat dñs 7 iudicet: qm̃ fetere fecistis odorē nr̄m corā pharaone 7 seruis ei⁹: 7 pbuistis ei gladiū vt occideret nos. Reuersusqz ē moyses ad dñm et ait. Dñe: cur afflixisti pl'm istū: Quare misisti me: Ex eo enī quo ingressus sū ad pharaonē vt loq̄rer ex nomīe tuo. afflixit pl'um tuū 7 non liberasti eos.

¶ Capitulum. .VI.

Dixitqz dñs ad moysen. Nūc videbis que facturus sum pharaoni. Per manū enī fortē dimittet eos: et in manu robusta eiciet illos de terra sua. Locutusqz est dñs ad moysen dicēs. Ego dñs qui apparui abrahā. ysaac: et iacob in deo omīpotēte: et nomē meū adonay nō indicaui eis. Pepigiqz fedus cum eis: vt darē eis terram chanaan: terram peregrinationis eoz: in qua fuerunt aduene. Ego audiui gemitū filioz israhel quo egipcij oppresserunt eos 7 recordat⁹ sum pacti mei. Ideo dic filijs israhel. Ego dñs qui educaz vos de ergastulo egiptioz: et eruam de seruitute: ac redimam in brachio excelso: et iudicijs magnis: et assumam vos mihi in populum: et ero vester deus. Et scietis q̄z ego sum dñs deus vester qui eduxerim vos de ergastulo egiptioz: et induxerim vos in terrā sup quā leuaui manū meam. vt darē eaz abrahā. ysaac et iacob: daboqz illaz possidendā vobis. ego dñs. Narrauit ergo moyses omīa filijs isrl': qui nō acquieuerūt ei: pter angustiā spūs: 7 opus durissimū. Locutusqz est dñs ad moysen dicens. Ingredere 7 loq̄re ad pharaonē regē egipti vt dimittat filios isrl' de terra sua.

Rñdit moyſes coꝛã dño. Ecce filij iſrl nõ audiũt me. Et quõ audiet pharao: pſertĩ cũ ĩcircũciſus ſim labijs? Locutuſq; ẽ dñs ad moyſen ⁊ aaron: et dedit mandatũ ad filios iſrl et ad pharaonẽ regeꝫ egipti: vt educerẽt filios iſrl de tæra egipti. Iſti ſũt principes domoꝝ per familias ſuas. Filij rubẽ primogeniti iſrahel: enoch ⁊ phallu. eſrom et charmi. Hec ꝯgnationes ruben. Filij ſimeon: iamuel ⁊ iamĩ ⁊ ſami ⁊ aod: et iachim ⁊ ſoer ⁊ ſaul filiꝰ chananitidis. Hec progenies ſimeon. Et hec nomĩa filioꝝ leui per ꝯgnationes ſuas: gerſon ⁊ caath ⁊ merari. Anni aũt vitæ leui fuerunt centũtrigintaſeptẽ. Filij gerſon. lobni et ſemei p ꝯgnationes ſuas. Filij caath. amram et yſuar ⁊ hebꝛon ⁊ oziel. Anni q̃ꝫ vitæ caath centũtrigintatres. Filij merari. mooli ⁊ muſi. Hec ꝯgnatõnes leui: per familias ſuas. Accepit aũt amram voꝛem iochabeth patruelẽ ſuã: que peperit ei aaron ⁊ moyſen ⁊ mariã. Fuerũtq; anni vitæ amram centũtrigintaſeptẽ. Filij q̃ꝫ yſuaꝛ chore ⁊ napheg ⁊ zechri. Filij q̃ꝫ oziel. miſael ⁊ eliſaphan ⁊ ſechri. Accepit aũ aarõ voꝛẽ eliſabeth filiã aminadab ſoꝛoꝛẽ naaſon: que pepit ei nadab ⁊ abiu ⁊ eleazar ⁊ ythamar. Filij q̃ꝫ chore: aſer ⁊ helchana et abiaſab. Hec ſunt ꝯgnationes choꝛitaꝝ. At vero eleazar filius aaron accepit voꝛẽ de filiꝭ phatiel: que peperit ei phinees. Hij ſunt principes familiaꝝ leuiticaꝝ per ꝯgnationes ſuas. Iſte eſt aaron: ⁊ moyſes quibꝰ præcepit dñs vt educerent filios iſrl de tæra egipti p turmas ſuas. Hij ſunt qui locuntur ad pharaonẽ regeꝫ egipti: vt educãt filios iſrl de egipto. Iſte eſt moyſes ⁊ aaron: in die qua locutus eſt dñs ad moyſen in tæra egipti. Et locutꝰ eſt dñs ad moyſen dicens. Ego dñs. Loq̃re ad pharaonẽ regẽ egipti: omnia q̃ loq̃r tibi. Et ait moyſes coꝛã dño. En incircũciſus labijs ſum. Quõ audiet me pharao?

Capitulum. VII.

Non suscipies vocem mẽdacij: nec iũges manũ tuã vt ꝑ impio dicas falsũ testionĩ. Non seq̃ris turbaꝫ ad faciendũ malũ nec ĩ iudicio plurimoꝝ acq̃esces sententie: vt a vero deuies. Pau-peris q̃ꝫ ñ misereberis in iudicio. Si oc-curreris boui inimici tui: aut azino errã-ti: reduc ad eũ. Si videris azinũ odientis te: iacere sub onere ñ pretransibis: sed suble-uabis cũ eo. Non declinabis ĩ iudiciũ pau-peris. Mendaciũ fugies. Insontẽ et iustuꝫ nõ occides: q̃ aduersor impiũ. Nec accipi-es mũera q̃ excãt prudẽtes et subuer-tũt verba iustoꝝ. Peregrino molest⁹ non eris. Scitis enĩ aduenaꝝ aĩas: q̃ et ipsi pegrini fuistis in tra egipti. Sex ãnis se-miabis terrã tuã et ꝯgregab fruges eius. Anno aũt septimo dimittes eã et requiesce-re facies: vt comedant paupes ꝑxli tui: et q̃cq̃d reliquũ fuerit edent bestie agri. Ita facies in vinea et ĩ oliueto tuo. Sex diebꝫ opaberis: septĩa die cessab: vt requiescat bos et azin⁹ tuus: et refrigeret fili⁹ ancille tue et aduena. Oĩa q̃ dixi vob custodite et ꝑ nomẽ exterꝝ deoꝝ nõ iurabitis neq̃ audiet ex ore võ. Tribꝫ vicibꝫ ꝑ singlos ãnos: mihi festa celebrabitis. Solẽnitatẽ q̃ꝫ azimoꝝ custodies. Septẽ diebꝫ ꝯmede-tis azima sic pcepi tibi tpe mens nouoꝝ: qñ egressus es de egipto. Non appareb in ꝯspectu meo vacu⁹. Et solẽnitatẽ mensis ꝑmitiuoꝝ opis tui: q̃cunq̃ seminaueris in agro: solẽnitatẽ q̃ꝫ in exitu ãni: qñ ꝯgre-gaueris oẽs fruges tuas de agro. Ter in ãno apparebit oẽ masculinũ tuũ cora dño deo tuo. Nõ immolab sup fermẽto sangui nẽ victie tue: nec remanebit adeps solen nitatis mee vsq̃ mane. Primicias fruguꝫ terre tue deferes in domũ dñi dei tui. Non coques hedum in lactе mris sue. Ecce ego mittã angelũ meũ q̃ pcedat te et custodiat ĩ via: et introducat ĩ locũ quẽ ꝑparui. Ob-serua eũ et audi vocẽ ei⁹: nec ptẽnendũ pu tes: q̃ ñ dimittet cũ peccaueris: et ẽ nomẽ meũ in illo. Qd si audieris vocẽ ei⁹ et fece-ris oĩa q̃ loq̃r: inimic⁹ ero inimicis tuis et affligã affligẽtes te. Precedetq̃ te angel⁹ meus et introducet te ad amorreũ et ethеũ et pherezeũ. chananeũq̃ et eueũ et iebuseũ: q̃s ego ptera. Nõ adorab deos eoꝝ: nec co les eos. Nõ facies opa eoꝝ sꝫ destrues eos et pfringes statuas eoꝝ. Seruietisq̃ dño deo võ: vt bñdicã panibꝫ tuis et aquis et auferã infirmitatẽ ꝺ medio tui. Nõ erit ĩ-fecũda nec steril tra tua. Nũeꝝ dieꝝ tuoꝝ implebo. Terroꝛẽ meũ mittã in pcursum tuũ: et occidã oẽꝫ ꝑxlm ad quẽ ĩgredieris. Cũctoꝝq̃ inimicoꝝ tuoꝝ corã te tga ver-tam: emittẽs scbones pri⁹ q̃ fugabũt eueũ et chananeũ et ethеũ: antеq̃ introeas. Nõ eicia eos a facie tua ãno vno. ne tra in so litudinẽ redigat: et crescãt ꝑtra te bestie. Paulatim expellã eos de ꝑspectu tuo: do-nec augearis et possideas terrã. Ponã aũt termios tuos a mari rubro vsq̃ ad mare palestinoꝝ: et a deserto vsq̃ ad fluuiũ. Tra-dam in manibꝫ vris hĩtatores terre: et ej-ciam eos de ꝑspectu võ. Non inibis cum eis fed⁹ nec cũ dijs eoꝝ. Nõ hĩtent in tra tua: ne forte peccare te faciãt in me si ser-uieris dijs eorum: quod tibi certe erit in scandalum.

¶ Capitulum. .XXIIII.

Moysi q̃ꝫ dixit. Ascende ad dñm tu et aaron. nadab et abiu et septua-ginta senes ex israhel et adorabi-tis procul. Soluscq̃ moyses ascendat ad dñm: et illi non appropinquabũt: nec ꝑxls ascendet cũ eo. Venit g̃ moyses et narrauit plebi oĩa verba dñi atq̃ iudicia. Rñditq̃ omis ꝑxls vna voce. Omĩa verba dñi que locutus est: faciem⁹. Scripsit aũt moyses vniuersos sermões dñi: et mane ꝓsurgẽs edificauit altare dño ad radices mõtis: et duodecim titulos per duodecĩ tribꝫ israh. Misitq̃ iuuenes de filijs israh et obtulerũt

olocausta: immolaueruntq; victimas pacificas dño: vitulos duodeciz. Tulit itaq; moÿses dimidiã partẽ sanguĩs et misit in c̃teras: partẽ aũt residuã fudit sup altare. Assumẽsq; volumẽ federis: legit audiente ꝓpl'o. Qui dixerũt oĩa q̃ locut⁹ ẽ dñs faciem⁹: et erim⁹ obediẽtes. Ille vero sumptũ sanguinẽ respsit in ꝓpl'm. Et ait. Hic ẽ sanguis federis qd̃ pepigit dñs vobiscũ: super cũctis sermonib⁹ hijs. Ascẽder̃tq; moÿses et aaron. nadab ⁊ abiu ⁊ septuagĩta de senioribꝫ isrl' ⁊ viderũt deũ isrl'. Sub pedib⁹ ei⁹ q̃si opus lapidis saphirini ⁊ q̃si celum cum serenũ est. Nec sup eos q̃ ꝓcul recesserãt de filijs isrl': misit manũ suã. Vider̃tq; deũ: et ꝯmeder̃t ac biber̃t. Dixit at̃ dñs ad moÿsen. Ascẽde ad me in montẽ: ⁊ esto ibi: daboq; tibi duas tabulas lapideas et legẽ ac mãdata q̃ scripsi: vt doceas filios isrl'. Surrexer̃t moÿses ⁊ iosue mĩster ei⁹ ascendẽsq; moÿses in montẽ dei: senioribꝫ ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron ⁊ hur vobiscum: si q̃d natũ fuerit q̃stiõis referetis ad eos. Cũq; ascẽdisset moÿses: opuit nubes montẽ: et hĩtauit gl'ia dñi sup sÿnai tegẽs illuz nube sex diebꝫ. Septimo at̃ die: vocauit euz dñs d̃ medio caligĩs. Erat at̃ spẽs gl'ie dñi q̃si ignis ardẽs sup verticẽ mõtis in ꝯspectu filioꝝ isrl'. Ingressusq; moÿses mediũ nebule. ascẽdit ĩ mõtẽ ⁊ fuit ibi q̃draginta diebꝫ ⁊ q̃draginta noctibꝫ.

Capitulum. .XXV.

Locutusq; ẽ dñs ad moÿsen dicẽs. Loq̃re filijs isrl' vt tollãt mihi primicias. Ab oĩ hoĩe q̃ offert vltrone⁹. accipietis eas. Hec sũt at̃ q̃ accipe debetis. Auꝝ ⁊ argentũ ⁊ es ⁊ iacĩctũ ⁊ purpurã. coccũq; bistinctũ ⁊ bissũ et pilos capr̃uz ⁊ pelles arietũ rub̃catas. pellesq; iacinctĩas ⁊ lig̃ sethĩ: oleũ ad luĩaria ꝯcinnãda: aromata in vngentũ ⁊ thimiamata boni odoris: lapides onichinos et gẽmas ad ornandũ ephot ⁊ rationale. Facientq; mihi sc̃tuariũ ⁊ hĩtabo in medio eoꝝ. iuxta omnẽ sil'itudinẽ tab̃naculi qd̃ oñdam tibi et oĩm vasoꝝ in cultũ ei⁹. Sicq; facietis illud. Archã de lignis sethim ꝯpingite: cui⁹ lõgitudo hẽat duos ⁊ semis cubitos. latitudo cubitũ ⁊ dimidium. altitudo cubitũ sil'r ac semissez et deaurab̃ eã auro mundissimo intus ⁊ foris. Faciesq; supra coronã aureã ꝑ circuitũ: ⁊ q̃tuor circulos aureos q̃s pones ꝑ q̃tuor arche angulos. Duo circuli sint in latere vno ⁊ duo in altero. Facies q̃z vectes de lignis sethim: et opies eos auro. Introducesq; ꝑ circl'os: q̃ sunt ĩ arche lateribꝫ: vt portet̃ in eis. Qui sp erũt in circul': nec vnq̃ ext̃hent̃ ab eis. Ponesq; in archa testificationẽ quã dabo tibi. Facies ⁊ ꝓpiciatoriũ de auro mũdissimo. Duos cubitos ⁊ dimidiũ tenebit lõgitudo eius: ⁊ cubitũ ac semissem latitudo. Duos q̃z cherubin aureos ⁊ ꝓductiles facies ex vt̃q; ꝑte oracl'i. Cherubin vnus sit in latere vno: ⁊ alt̃ in altero. Vtrũq; lat⁹ ꝓpiciatorij tegant expandẽtes alas: ⁊ operiẽtes oraculũ: respiciãtq; se mutuo. vers̃ vultibꝫ in ꝓpiciatoriũ in q̃ opiẽda ẽ archa in q̃ pones testimoniũ qd̃ dabo tibi. Inde precipiam ⁊ loq̃r ad te: sup̃ ꝓpiciatorio scz ac medio duoꝝ cherubin qui erũt sup̃ archã testimonij: cũcta q̃ mãdabo ꝑ te filijs isrl'. Facies et mẽsam de lignis sethim: habentẽ duos cubitos lõgitudinis: ⁊ in latitudine cubitũ: ⁊ in altitudĩe cubitũ ac semissem ⁊ inaurabis eam auro purissimo. Faciesq; illi labiũ aureũ ꝑ circuitũ: ⁊ ipsi libio coronã in t̃rasilem altã q̃tuor digitis ⁊ sup illã alterã coronã aureolã. Quatuor q̃z circl'os aureos prepabis: ⁊ pones eos in q̃tuor angul' eiusdẽ mẽse: ꝑ singl'os pedes. Subter coronã erũt circl'i aurei: vt mittant̃ vectes ꝑ eos: ⁊ possit mẽsa portari. Ipsos q̃z vectes facies de lignis sethiz ⁊ circũdabis auro ad subuehẽdaz mensã. Parabis ⁊ acetabl'a: ac phialas. thuribula ⁊ ciathos in quibꝫ offerenda sunt libamina: ex auro purissimo ⁊ pones sup̃ mẽsam panes ꝓpositionis in ꝯspectu meo sp. Facies ⁊ candelabꝝ ductile de auro mundissimo: hastile eius ⁊ calamos. ciphos et sperulas: ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredient̃ de lateribꝫ: tres ex vno latere: et tres ex altero. Tres ciphi q̃si in nucis modũ ꝑ calamos singl'os. speruleq; sil' ⁊ lilia: ⁊ tres sil'r ciphi instar nucis in calamo altero: speruleq; simul ⁊ lilia. Hoc erit opus sex calamoꝝ qui producẽdi sũt de hastili. In ipso autez candelabro erunt quatuor ciphi in nucis modum. speruleq; per singulos ⁊ lilia. Et sperula sub duobꝫ

calamis per tria loca qui ſil' ſex fiũt ꝓcetẽtes ȝ baſtili vno. Et ſperule igiſ ꝙ calami ex ipſo: erũt vniuerſa ductilia ex auro puriſſimo. Facies ꝙ lucernas ſeptẽ et pones eas ſup cãdelabꝝ: vt luceãt exaduerſo. Emũctoria q̃ꝫ et vbi ea q̃ emũcta ſunt extiguanſ: fiant de auro puriſſimo. Omne põdus candelabri cũ vniuerſis vaſis ſuis. habebit talentũ auri puriſſimi. Inſpice ꝙ fac �means exẽplar qȝ tibi in mõte mõſtratũ eſt.

Capitulum. .XXVI.

Tabernaculũ vero ita facies. Decẽ cortinas ȝ biſſo retorta ꝙ iacincto ac purpura: coccoqꝫ biſtincto variatas opere plumario facies. Lõgitudo cortine vni⁹ habebit vigintiocto cubitos: latitudo q̃tuor cubitoꝝ erit. Vni⁹ mẽſure fient vniuerſa tẽtoria. Quinqꝫ cortine ſibi iũgenſ mutuo ꝙ alie quiqꝫ nexu ſil'i coherebũt. Anſulas iacinctinas in lateribus ac ſũmitatibꝫ facies cortinaꝝ: vt poſſint inuicẽ copl'ari. Quinq̃genas anſulas cortina hẽbit ĩ vt̃qꝫ ꝑte ita inſertas: ut anſa ꝓtra anſaȝ veniat: ꝙ altera altẽri poſſit aptari. Facies ꝙ q̃nq̃ginta circl'os aureos: quibꝫ cortinaꝝ vela iũgenda ſunt: vt vnũ tabernaculuȝ fiat. Facies ꝙ ſagacilicina vndecim ad opiẽdũ tectũ tabernacl'i. lõgitudo ſagi vni⁹ hẽbit triginta cubitos: ꝙ latitudo q̃tuor: equa erit mẽſura ſagoꝝ omniũ. Et quibꝫ q̃nqꝫ iũges ſeorſũ: et ſex ſibi mutuo copulab: ita vt ſextũ ſagũ in frõte tecti duplices. Facies ꝙ q̃nq̃ginta anſas in ora ſagi vni⁹: vt ꝓiũgi cũ altero queat: et quinq̃ginta anſas in ora ſagi alterius: vt cũ altero copuleſ. Facies et q̃nq̃ginta fibulas eneas: quibꝫ iũganſ anſe: vt vnum ex omnibꝫ opimentũ fiat. Qȝ aſ ſupfuerit in ſagis q̃ paranſ tecto: id ẽ vnũ ſagũ qȝ ampli⁹ eſt: ex medietate eius opies tabernaculi poſteriora: ꝙ cubitus ex vna ꝑte pendebit: ꝙ alſ ex altera qui plus eſt in ſogoꝝ longitudĩe: vtrũqꝫ latus tabernaculi protegens. Facies ꝙ operimentũ aliud tecto de pellibꝫ arietũ rubricatis: ꝙ ſup hoc rurſuȝ aliud opimentũ de iacinctinis pellibꝫ. Facies ꝙ tabl'as ſtãtes tabernaculi de lignis ſethim q̃ ſingl'e denos cubitos in lõgitudĩe hẽant: et in latitudĩe ſingl'os ac ſemiſſeȝ. In lateribꝫ tabule due incaſtrature fient quibꝫ tabula altẽri tabule ꝓnectaſ. Atqꝫ in hunc moduȝ cunctę tabule parabunſ. Quaꝝ viginti erunt in latere merediano qȝ vergit ad auſtꝝ quibꝫ q̃draginta baſes argẽteas fundes: vt bine baſes ſingul' tabul' ꝑ duos angl'os ſubiciãſ. In latere q̃ꝫ ſcȝo tabernaculi qȝ vergit ad aquilonẽ viginti tabule erũt: q̃draginta hñtes baſes argẽteas. Bine baſes ſingul' tabulis ſuppononeſ. Ad occidẽtalẽ vero plagã tabernaculi facies ſex tabulas: ꝙ rurſũ alias duas: que iu angul'eriganſ ꝑ⁹ tergũ tabernacl'i. Erũtqꝫ ſibi ꝓiũcte a deorſũ vſqꝫ ad ſurſuȝ et vna oĩs ꝓpago retinebit. Duabꝫ q̃ꝫ tabul' que in ãgul' ponente ſũt: ſil'is iũctura ſuabiſ. Et erũt ſil' tabule octo: baſes earum argẽtee ſedecim: duabꝫ baſibꝫ ꝑ vnaȝ tabulã ſuputatis. Facies et vectes de lignis ſethim q̃nqꝫ ad ꝓtinẽdas tabulas: in vno latere tabernacl'i ꝙ q̃nqꝫ alios ĩ altero ꝙ eiuſdẽ nũeri ad occidẽtalẽ plagã q̃ mittẽſ per medias tabl'as a ſũmo vſqȝ ad ſũmũ. Ipaſqꝫ tabl'as deaurab ꝙ fũdes ĩ eis anulos aureos ꝑ q̃s vectes tabl'ata ꝓtineãt q̃s opies laminis aureis. Et eriges tabernaculũ iuxta exẽplar qȝ tibi in mõte mõſtratũ eſt. Facies et velũ de iacincto ꝙ purpura. coccoqꝫ biſtincto et biſſo retorta. ope plumario: et pulẽ varietate ꝓtextũ qȝ appendes añ q̃tuor colũnas de lignis ſethim que ipſe quidẽ deaurate erũt: et hẽbunt capita aurea ꝙ baſes argẽteas. Inſereſ aũt velũ ꝑ circulos: inſ qȝ pones archã teſtimonij et quo ſcẽtuariũ: et ſcẽtuarij ſcẽtuaria diuidenſ. Pones ꝙ ꝓpiciatoriũ ſup archã teſtimonij: in ſcẽta ſcẽtoꝝ. mẽſamqꝫ exẽ velũ: et ꝓẽ mẽſaȝ cãdelabꝝ ĩ latere tabernaculi meridiano. Menſa enĩ ſtabit ĩ parte aq̃lonis facies ꝙ tentoriũ in introitu tabernaculi de iacincto et purpura. coccoqꝫ biſtincto: et biſſo retorta ope plũario: ꝙ q̃nqꝫ colũnas deaurab lignoꝝ ſethim: añ q̃s duceſ tẽtoriũ quaꝝ erũt capita aurea ꝙ baſes enee.

Capitulum. .XXVII.

Facies et altare de lignis ſethim: quod habebit quinqꝫ cubitos in longitudine: ꝙ totidem in latitudine. id eſt quadꝝ: et tres cubitos in altitudine. Cornua aũt ꝑ quatuor angulos ex ipſo erũt: ꝙ opies illud ere. Facieſqꝫ in vſus ei⁹ lebetes ad ſuſcipiẽdos cineres et

forcipes. atq; fuscinulas ⁊ igniũ receptacula. Oẽia vasa ex ere fabricab. Craticulamq; in modũ retis eneam: p cui⁹ q̃tuor angulos erũt q̃tuor anuli aurei q̃s pones subt arulã altaris. Eritq; c̃ticula vsq; ad altaris mediũ. ¶Facies ⁊ vectes altaris de lignis sethim duos q̃s opies lamis eneis: ⁊ induces p circlos: erũtq; ex vtroq; latere altaris ad portandũ. Non solidũ sed inane ⁊ cauũ intrisecus facies illud: sicut tibi in mõte monstratũ est. ¶Facies ⁊ atriuz tabnaculi: in cui⁹ australi plaga pt meridiem: erũt tẽtoria de bisso retorta. Centuz cubitos vnũ latus tenebit in longitudie. et colũnas viginti cũ basibz totidẽ eneis: que capita cũ celaturis suis habebũt argẽtea. Sil'r ⁊ in latere aquilonis: p longũ erũt tẽtoria centũ cubitoz: colũne vigiti et bases enei eiusdẽ nũeri ⁊ capita eaz cũ celaturis suis argẽtea. In latitudie vero atrij qd respicit ad occidentẽ erũt tẽtoria p quinquaginta cubitos ⁊ colũne decẽ bases totidẽ. In ea q̃z atrij latitudie que respicit ad orientẽ quinq̃ginta cubiti erunt in quibz q̃ndecim. cubitoz tentoria lateri vno deputabuntur colũneq; tres ⁊ bases totidẽ: ⁊ in latere altero erũt tẽtoria cubitos obtinẽtia quindecĩ. colũne tres ⁊ bases totidẽ. In introitu vero atrij. fiet tẽtoriũ. cubitoz viginti. ex iacincto ⁊ purpura. coccoq; bistincto ⁊ bisso retorta: opere plumario. Colũnas habebat q̃tuor cũ basibz totidẽ. Oẽes colũne atrij p circuituz. vestite erũt argẽteis lamis: capitibz argẽteis ⁊ basibz eneis. In lõgitudie occupabit atriũ cubitos centũ: in latitudie quiquagĩta. Altitudo q̃nq; cubitoz erit: fiet q; de bisso retorta ⁊ habebit bases eneas. Cũcta vasa tabnacli ĩ oẽs vsus ⁊ ceremonias. tã paxillus ei⁹ q̃ atrij. ex ere facies. Precipe filijs isr'l: vt afferãt tibi oleũ d ar boribz oliuaz purissimũ piloq; ꝓtusuz: vt ardeat lucerna sp ĩ tabnacl'o testionij extẽ velũ qd oppãsum ẽ testionio et collocabũt eaz aaron ⁊ filijs ei⁹: vt vsq; mane luceat corã dño. ¶Perpetu⁹ erit cult⁹ p successiones eoz corã filijs isr'l.

¶ Capitulũ. XXVIII.

Applica q̃z ad te aarõ frez tuũ cũ filijs suis de medio filioz isr'l: vt sacerdocio fũgant mihi aaron. nadab ⁊ abiu. eleazar ⁊ ythamar: faciesq; vestẽ sctaz aaron frĩ tuo ĩ gl'am ⁊ decorẽ. Et loqueris cũctis sapiẽtibz corde q̃s repleui spũ prudẽtie: vt faciãt vestes aarõ frĩ tuo ĩ gl'az ⁊ decorẽ q̃bz sc̃tificat⁹ mĩstret mihi. Hec aũ erũt vestimẽta q̃ faciẽt. Racionale ⁊ supbũerale: tunicã et lineã strictã. cidarim ⁊ balthẽũ. ¶Faciẽt frĩ tuo aarõ ⁊ filijs ei⁹ vestimẽta sc̃ta: vt sacdocõ fũgant mihi. Accipiẽtq; aurũ ⁊ iacinctũ ⁊ purpurã coccũq; bistinctũ ⁊ bissũ. ¶Faciẽt aũ supbumerale de auro ⁊ iacincto ⁊ purpura cocco q; bistincto ⁊ bisso retorta: ope polimito. Duas oras iũctas hẽbit ĩ vtroq; latere sũmitatũ: vt ĩ vnũ redeãt. Ipsa q̃z textura ⁊ cũcta opis varietas erit ex auro ⁊ iacincto et purpura: coccoq; bistĩcto ⁊ bisso retorta. Subũesq; duos lapides onichinos ⁊ sculpes ĩ eis noĩa filioz isr'l. sex noĩa ĩ lapide vno ⁊ sex reliq̃ ĩ altero iuxta ordinẽ natiuitatis eoz. Ope sculptoris ⁊ celatura gẽ marij. sculpes eos noĩbz filioz isr'l: inclusos auro atz circũdatos ⁊ pones in vtroq; latere supbũerar' mẽoriale filijs isr'l. Portabitq; aarõ noĩa eoz corã dño sup vtrũq; hũez ob rcordatõnẽ. ¶Facies ⁊ vncinos ex auro ⁊ duas catenulas auri purissimi sibijnuicem coherẽtes q̃s inseres vncinis. Racionale quoq; iudicij facies opere polimito iuxta texturam superhumeralis ex auro iacincto: purpura coccoq; bistincto et bisso retorta. Quadrangulum erit et duplex. Mensuram palmi habebit. tam in lõgitudine q̃ in latitudie: ponesq; ĩ eo q̃tuor ordines lapidũ. In ꝑmo versu erit lapis sardius ⁊ thopasi⁹ ⁊ smaragdus. In scdo carbũcul⁹ ⁊ saphir⁹ ⁊ iaspis. In tcio ligurĩ⁹. achates ⁊ ametistus. In q̃rto crisolit⁹. onichin⁹ et berillus. Inclusi auro erũt p ordines suos. habebũtq; noĩa filiorũ isr'l. Duodecim noĩbz celabũtur. singli lapides noĩbz singl'oz p duodecĩ tribz. ¶Facies in racionali cathenas sibijnuicẽ coherentes: ex auro purissimo ⁊ duos anulos aureos quos pones in vtraq; racionalis summitate: cathenasq; aureas iũges anulis qui sunt in marginibz ei⁹: et ipsaz cathenaz extrema duobz copulabis vncinis in vtroq; latere superhumeralis qd racionale respicit. ¶Facies ⁊ duos anulos aureos quos pones ĩ summitatibz racional' et

De lapidibz nar.

in oris que e regione sunt suphumeralis. ⁊ posteriora eius aspiciūt: necnon ⁊ alios duos anulos aureos. qui ponēdi sūt in vtroq; latere suphumera⁊ deorsū. qđ respicit cōtra faciē iūcture īferioris vt aptari possit cū suphumerali. ⁊ strīgatur rōnale anulis suis cū anulis suphumeralis vitta iacīctina: vt maneat iūctura fabrefacta ⁊ a se inuicē rōnale ⁊ suphūerale nequeāt separari. Portabitq; aaron noīa filioꝝ isr⁊ ī rōnali iudicij sup pect' suū. qñ ingredie⁊ sāctuariū: memoriale corā dño inetернū. Pones aūt ī rōnali iudicij. doctrinā ⁊ veritatē. que erūt ī pectore aaron qñ ingredietur corā dño: ⁊ gestabit iudiciū filioꝝ isr⁊ ī pectore suo. ī ꝓspectu dñi sp. Facies ⁊ tunicā suphūera⁊ totā iacīctinaz: ī cui' medio sup. erit capiciū. ⁊ ora p gўrum e' texti⁊. sīc fieri solet ī extremis vestiū ptibus ne facile rūpa⁊. Deorsū vo ad pedes eiusdē tunice p circuitū quasi malapunica facies. ex iacīcto ⁊ purpura. ⁊ cocco bistīcto ⁊ bisso retorta: mixtis ī medio tintinnabilis: ita vt tītinnabulū sit aureū ⁊ malumpunicū: rursūq; tītinnabulū. aliud aureū ⁊ malūpunicū. Et vestie⁊ ea aaron ī officio mīsterij: vt audia⁊ sonit' qñ ingredi⁊ ⁊ egredi⁊ sanctuariū. in ꝓspectu dñi: ⁊ nō moria⁊. Facies ⁊ laminaz de auro purissimo: in qua sculpes ope celatoris sanctū dño. Ligabisq; eam vitta iacīctina: ⁊ erit sup thўaraz iminēs fronti pōtificis. Portabitq; aaron iniquitates eoꝝ. q̄ obtulerunt ⁊ sanctificauerūt filij isr⁊ in cunctis muneribus ⁊ donarўs suis. Erit aūt lamīa semp in fronte eī': vt placatus sit ei dñs. Stringesq; tunicā bisso: ⁊ thўaram bissinam facies ⁊ balthеū ope plumarў. Porro filijs aarō tunicas lineas pabis. ⁊ balthеos. ac thўaras ī glīaz ⁊ decorē: vestiesq; hijs oīb aaron frēz tuū. ⁊ filios eī' cū eo ⁊ cunctoꝝ ꝓsecrabis man': sāctificabisq; illos. vt sacerdocio funga⁊ mihi. Facies ⁊ feminalia linea vt opiāt carnē turpitudīs sue a renib vsq; ad femora: ⁊ vtē⁊ eis aaron ⁊ filij ei' qñ ingredie⁊ tabernaculum testimonij. vel qñ appropinquant ad altare vt mīstrent in sanctuario: ne iniquitatis rei moria⁊. Legittimū sempiternū erit aaron: ⁊ semini ei' post eum.

Capitulum XXIX.

Ec ⁊ hoc facies: vt mihi ī sacerdocio cōsecre⁊. Tolle vitulū de armēto. ⁊ arietes duos īmaculatos panesq; azimos ⁊ crustulā absq; fermēto. q̄ ꝓspersa sint oleo: lagena q̄z azima. oleo lita. De simila triticea cūcta facies: ⁊ posita ī canistro offeres: vitulū aūt ⁊ duos arietes. ⁊ aaron ac filios ei' applicabis ad ostiū tabnaculi testimonij. Cunq; laueris pēz cū filijs suis aq̄. indues aaron vestimētis suis id ē linea ⁊ tunica. ⁊ suphūerali. ⁊ rōnali qđ ꝓstringes baltheo: ⁊ pones thўaraz ī capite ei': ⁊ laminā sanctā sup thўaraz. ⁊ oleū vnctōis fundes sup caput ei' atq; hoc ritu ꝓsecrabi⁊. Filios q̄z illi' applicabis ⁊ īdues tunicis lineis: cingesq; baltheo. aarō. s. ⁊ liberos ei'. ⁊ īpones eis mitras: erūtq; sacerdotes mihi religiōe ꝑpetua. Postq̄ iniciaueris man' eorū. applicab ⁊ vitulū corā tabnaculo testimonij Imponētq; aaron ⁊ filij ei' man' sup caput illi'. ⁊ mactab eū ī ꝓspectu dñi: iuxta ostiū tabnaculi testimonij: sūptūq; de sāguine vituli: pones sup cornua altaris digito tuo: reliquū aūt sāguinē fūdes iuxta basim e'. Sumes ⁊ adipē totū qui opit ītestina. ⁊ reticulū iecoris. ac duos renes. ⁊ adipē qui sup eos ē ⁊ offeres īcensū super altare: carnes vo vituli ⁊ coriū ⁊ fimū cōbures foris extra castra: eoq; ꝑ pēto sit. Ārnū q̄z arietez sumes. sup cui' caput ponēt aarō ⁊ filij ei' man': quē cū mactaueris: tolles o sanguīe ei' ⁊ fūdes circa altare: ipm aūt arietē secab ī frusta: lotaq; ītestīa ei' ⁊ pedes pones sup ꝓcīsas carnes ⁊ sup caput illi': ⁊ offeres totū arietez in īcensū sup altare. Oblacio ē dño: odor suauissim' victime dñi. Tolles q̄z arietē altex: sup cui' caput aaron ⁊ filij ei' ponēt man'. Quē cum īmolaueris. sumes o sanguine ei'. ⁊ pones sup extremū auricule dextre aaron ⁊ filioꝝ ei'. ⁊ super pollices man' eoꝝ ac pedis dextri: fūdesq; sāguinē sup altare p circuitū. Cūq; tuleris de sanguīe qui ē sup altare. ⁊ o oleo vnctōis: asperges aarō ⁊ vestes ei'. filios ⁊ vestimēta eoꝝ. Consecratisq; ipis ⁊ vestib. tolles adipē de arietē. ⁊ caudaz ⁊ aruinā q̄ opit vitalia. ac reticulū iecoris. ⁊ duos renes atq; adipem qui super eos est. armumq;

ꝛextꝫ eoꝝ ſit aries ꝓſecracõis tortãqꝫ panis vnĩ. cruſtulã ꝓſpſam oleo: laganũ de caniſtro azimoꝝ qꝺ poſitũ eſt in ꝓſpectu dñi: poneſqꝫ oĩa ſup man⁹ aaron ⁊ filioꝝ ei⁹. ⁊ ſãctificab eos. eleuãs coꝛã dño. Puſcipieſqꝫ vniuerſa ꝺ manibꝫ eoꝝ ⁊ incẽdes ſup altare ĩ olocauſtũ: odoꝛez ſuauiſſimũ in ꝓſpectu dñi: qꝛ oblacio eius eſt. ſumes quoqꝫ pectuſculũ de ariete q̃ iniciatus eſt aaron: ſãctificabiſqꝫ illud eleuatũ coꝛam dño: ⁊ cedet ĩ ptẽ tuã. Sãctificabiſqꝫ ⁊ pectuſculũ ꝓſecratũ ⁊ armũ quẽ de ariete ſepaſti. q̃ iniciat⁹ ẽ aaron ⁊ filij ei⁹: cedẽtqꝫ in ptẽ aaron ⁊ filioꝝ ei⁹ iure ꝑpetuo a filijs iſrl̃: qꝛ ꝑmitiua ſũt ⁊ inicia ꝺ victimis eoꝝ pacificis q̃ offerũt dño. Cleſtẽ aũt ſanctaz q̃ vtẽ aaron. habebũt filij eius poſt eũ. vt vnganẽ ĩ ea: ⁊ ꝓſecrenẽ man⁹ eoꝝ. Septẽ diebꝫ vtẽ illa qui põtifex ꝑ eo fuerit ꝓſtitut⁹ ꝺ filijs ei⁹: ⁊ qui ĩgrediẽ tabernaculũ teſtimonij vt mĩſtret ĩ ſanctuario. Arietẽ aũt ꝓſecracõnis tolles: ⁊ coqs carnes ei⁹ ĩ loco ſancto. quibꝫ veſcẽ aaron ⁊ filij ei⁹. Panes quoqꝫ qui ſũt in caniſtro. ĩ veſtibulo tabnaculi teſtimonij comedẽt. vt ſit placabile ſacrificiũ: ⁊ ſãctificenẽ offerenciũ man⁹. alienigena ñ veſcetur ex eis: qꝛ ſancti ſũt. Qꝺ ſi remãſerit de carnibꝫ ꝓſecratis ſiue ꝺ panibꝫ vſqꝫ mane ꝓbures reliquias igni ñ ꝓmedenẽ: qꝛ ſanctificata ſũt. Oĩa q̃ ꝑcipio tibi facies ſup aaron ⁊ filijs ei⁹. Septẽ diebꝫ ꝓſecrab manus eoꝝ: ⁊ vitulũ ꝑ ꝑcto offeres ꝑ ſingulos dies ad expiãdũ. Mũdabiſqꝫ altare cũ ĩmolaueris expiacõis hoſtiaz: ⁊ vnges illud ĩ ſanctificacõz. Septẽ diebꝫ expiabis altare ⁊ ſanctificab: ⁊ erit ſanctũ ſãctoꝝ. Oĩs qui tetigerit illud. ſãctificabiẽ. Hoc ẽ qꝺ facies ĩ altari. Agnos ãniculos duos ꝑ ſingulos dies iugiter vnũ agnũ mane ⁊ altꝛ veſpe: decimã ptẽ ſimile ꝓſperſe oleo tunſo. qꝺ habeat mẽſurã q̃rtaz ptẽ hin: ⁊ vinũ ad libandũ eiuſtẽ menſure. ĩ agno vno. Altꝛ vero agnũ offeres ad veſpam iuxta ritũ matutine oblacõis. ⁊ iuxta ea q̃ dixímus ĩ odoꝛẽ ſuauitatis. Sacrificiũ dño de ẽ oblacõne ꝑpetua ĩ generacõnes vãs. ad oſtium tabnaculi teſtimonij coꝛã dño: vbi ꝓſtituã vt loquar ad te. Ibiqꝫ ꝑcipiam filijs iſrahel: et ſanctificabitur altare in gloꝛia mea. Sanctificabo ⁊ tabernaculũ teſtimonij cũ altari. ⁊ aaron cum filijs ſuis: vt ſacerdocõ funganẽ mihi. Et habitabo ĩ medio filioꝝ iſrl̃. eroqꝫ eis de⁹ ⁊ ſcient qꝛ ego dñs de⁹ eoꝝ qui eduxi eos de terra egipti. vt manerẽ inter illos: ego dñs deus ipſoꝝ.

Capi. XXX.

Facies quoqꝫ altare ad adolendũ thymiama ꝺ lignis ſethim: habẽs cubitũ longitudĩs. ⁊ altꝛ latitudinis. id ẽ quadꝛangulũ: ⁊ duos cubitos in altitudine. Coꝛnua ex ipo procedẽt: veſtieſqꝫ illud auro puriſſimo. tam craticulaz eius q̃ pietes ꝑ circuitũ ⁊ coꝛnua. Faciesqꝫ ei coꝛonã aureolam ꝑ gyꝛũ: ⁊ duos anulos aureos ſub coꝛona ꝑ ſingula latꝛa: vt mittanẽ in eos vectes. ⁊ altare poꝛtẽ. Ipos quoqꝫ vectes facies de lignis ſethim: ⁊ inaurabis. Poneſqꝫ altare contra velũ qꝺ añ archã pendet teſtimonij. coꝛaz ꝓpiciatoꝛio quo tegiẽ teſtimoniũ. vbi loquar tibi: ⁊ adolebit ĩcenſũ ſup eo aaron ſuaue fragrãs. Mane qñ ꝓponet lucernas incendet illud: ⁊ qñ collocat eas ad veſperũ uret thymiama ſempiternũ coꝛã dño ĩ generacões vãs. Nõ offeretis ſup eo thymiama ꝓpoſicõis altꝛi⁹: nec oblacõem ⁊ victimam. nec liba libabitis. Et depcabiẽ aaron ſup coꝛnua ei⁹ ſemel ꝑ annũ. ĩ ſanguine qꝺ oblatũ eſt ꝑ ꝑcto: ⁊ placabit ſuper eo ĩ generacionibꝫ vãs. Sanctũ ſanctoꝝ erit dño. Locutuſqꝫ eſt dñs ad moyſen dicens. Quando tuleris ſũmam filioꝝ iſrahel iuxta numeꝝ dabunt ſinguli ꝑciũ pro aĩabus ſuis dño: ⁊ nõ erit plaga ĩ eis cũ fuerint receníti. Hoc aũt dabit omnis qui tranſit ad nomen: dimidiũ ſicli iuxta mẽſurã tẽpli. Siclus viginti obulos habz Media pars ſicli offereẽ dño. Qui habeẽ in numero a viginti ãnis ⁊ ſup dabit ꝑcium. Diues ñ addet ad mediũ ſicli: ⁊ paup nihil minuet. Suſceptãqꝫ pecuniaz q̃ collata ẽ a filijs iſrl̃. trades ĩ vſus tabnaculi teſtimonij. vt ſit monimentũ eoꝝ coꝛam dño: ⁊ ꝓpicieẽ aĩab eoꝝ. Locutuſqꝫ ẽ dñs ad moyſen dicens. Facies ⁊ labium eneũ cũ baſi ſua ad lauandũ: poneſqꝫ illud ĩter tabnaculum teſtimonij ⁊ altare. Et miſſa aqua lauabũt in ea aaron ⁊ filij ei⁹ man⁹ ſuas ac pedes: quando ingreſſuri ſunt tabernaculũ teſtionij. ⁊ qñ acceſſuri ſunt ad altare. vt offerant in eo thymiama dño

ne forte moriãtur. Legittimũ sempiternũ erit ipi & semini ei⁹.p successiões. Locut⁹ q̄ ẽ dñs ad moysen dicẽs. Sume tibi aromata. pme mirre & electe quĩgẽtos siclos. & cinamomi mediũ id ẽ ducẽtos quinq̄ginta siclos: calami silr ducentos quinq̄ginta siclos. cassie aũt quĩgẽtos siclos ī ponderе sactuarij: oleũ de oliuetis mensurã hin Facies q̄ vnctõis oleũ sanctũ. vngentum ꝓpositũ ope vnguẽtarij: & vnges ex eo tabernaculũ testimonij. & archaz testamẽti. mẽsãq̄ cũ vasis suis. candelabr̄ & vtẽsilia eius. altaria thymiamatis & olocausti. & vniuersaz supellectilẽ q̄ ad cultũ eor̄ ptinet: sanctificabis q̄ oĩa. & erũt sãcta sãctorũ. Qui tetigerit ea sanctificabit̃. Aaron & filios ei⁹ vnges: sãctificabis q̄ eos vt sacerdocio fũgant̃ mihi. Filijs quoq̄ isrl̃ dices. Hoc oleũ vnctõis sanctũ erit mihi in generacões vr̃as. Caro hois nõ vnget̃ ex eo: & iuxta ꝓpositõnez hui⁹ ñ facietis aliud q̄ sãctificatũ est: & sãctũ erit vob̃. Hõ quicũq̄ tale ꝓposuerit. & dederit ex eo alieno: extermiabit̃ de pl̃o suo. Dixitq̄ dñs ad moysẽ. Sume tibi aromata. stacten. & onichã galbanũ boni odoris. & thus lucidissimũ: eq̄lis ponderis erũt oĩa. Faciesq̄ thymiama ꝓpositũ ope vnguẽtarij mixtũ diligẽter. & pur̄: & sanctificacõe dignissimũ. Cũq̄ in tenuissimũ puluerẽ vniersa ꝓcuderis pones ex eo coraz tabnaculo testimonij: in q̄ loco apparebo tibi. Sanctũ sanctor̄ erit vob̃ thymiama. Talẽ ꝓpositionẽ ñ facietis in vsus vr̃os: q̄r sanctũ est dño. Homo quicũq̄ fecerit simile vt odore illius pfruatur: peribit de populis suis.

Locutusq̄ est dñs ad Ca. XXXI. moysen dicẽs. Ecce vocaui beseleel ex nomĩe filiũ huri filij hur de tribu iuda: & impleui eũ spiritu dei. sapiencia & intelligẽcia & sciencia: in omni ope. ad excogitandũ quicquid fabrefieri potest ex auro & argento & ere. marmore. & gẽmis. & diuersitate lignor̄. Dedit̃q̄ ei socium ooliab filiũ achisamech: de tribu dan. Et in corde omnis eruditi posui sapienciaz. vt faciant cũcta q̄ ꝓcepi tibi: tabernaculũ federis. & archam testimonij & ppiciatoriũ q̄ sup eaz est: & cũcta vasa tabernaculi. mẽsazq̄ & vasa ei⁹. candelabr̄ purissimũ cũ vasis suis: & altaria thymiamatis & olocausti. & oĩa vasa eor̄: labiũ cũ basi sua: vestes sãctas in mĩsterio aaron & sacerdoti & filijs ei⁹ vt fũgant̃ officio suo in sacris: oleũ vnctõis. & thymiama aromatũ in sanctuario. Oĩa q̄ ꝓcepi tibi faciẽt. Et locut⁹ ẽ dñs ad moysen dicẽs. Loq̄re filijs isrl̃: & dices ad eos. Videte vt sabbatũ meũ custodiatis: q̄r signũ est inter me & vos in generacionib̃ vr̃is: vt sciatis q̄r ego dñs qui sanctifico vos. Custodite sabbatũ meũ. Sanctũ enim ẽ vob̃ Qui polluerit illud: morte morietur. Qui fecerit opus ī eo: pibit aĩa illi⁹ de medio pl̃i sui. Sex diebus facietis op⁹: ī die septimo sabbatũ ẽ requies sãcta dño. Oĩs qui fecerit op⁹ ī hac die. morieť. Custodiant filij isrl̃ sabbatũ: & celebr̄ẽt illud ī generacõib̃ suis. Pactũ ẽ sempiternũ inter me & filios isrl̃: signũq̄ perpetuũ. Sex eĩ diebus dñs fecit celũ & terrã: & in septio ab omni opere cessauit. Deditq̄ dñs moysi ꝓpletis huiuscemodi ꝓmonib̃ in mõte synai duas tabulas testimonij lapideas: scriptas digito dei.

Capi. XXXII.

Videns aũt pl̃us q̄r moraz faceret moyses descendẽdi de mõte: congregat⁹ aduersus aaron dixit. Surge: fac nobis deos qui nos p̃cedant. Moysi enim viro huic qui nos eduxit de terra egipti: ignoram⁹ quid acciderit. Dixit ad eos aaron. Tollite in aures aureas. ō uxor̄. filioz̄q̄ & filiar̄ vr̃ar̄ auribus: & afferte ad me. Fecit̃q̄ pl̃us q̄ iusserat: deferens in aures ad aaron. Quas cũ ille accepisset formauit ope fusorio: & fecit ex eis vitulũ conflatilẽ. Dixeruntq̄. Hij sunt dij tui israhel: qui te eduxerũt de terra egipti Quod cũ vidisset aaron edificauit altare coraz eo: & preconis voce clamauit dicẽs. Cras solẽnitas dñi est. Surgẽtesq̄ mane obtulerũt olocausta & hostias pacificas: & sedit popul⁹ manducare & bibere: & surrexerũt ludere. Locut⁹ ẽ aũt dñs ad moysen dicẽs. Vade descende: peccauit pl̃us tuus quẽ eduxisti de terra egipti. Recesserunt cito de via quam ostẽdisti eis. Fecerũt q̄ sibi vitulũ ꝓflatilem & adorauerũt: atq̄ ĩmolantes ei hostias dixerũt. Isti sũt dij tui israhel: qui te eduxer̄t de terra egipti. Rursũq̄ ait dñs ad moysen. Cerno q̄ pl̃us iste dure ceruicis sit. Dimitte me vt

irascat᷑ furor meus ꝓtra eos ⁊ deleaz eos: faciãqz te in gentẽ magnaz. Moyses aũ orabat dñm deũ suũ dicẽs. Cur dñe irascit᷑ furor tuus ꝓtra ꝑ̄m tuũ. quẽ eduxisti de terra egipti : ĩ fortitudine magna ⁊ ĩ manu robusta? Ne queso dicãt egipcij: callide eduxit eos. vt ĩterficeret in montibꝫ: ⁊ deleret e terra. Quiescat ira tua: ⁊ esto placabilis super nequicia ꝑ̄li tui. Recordare abraham ⁊ ysaac et isrl᷑ ꝟuoꝝ tuoꝝ: quibꝫ iurasti ꝑ temetipm dicẽs. Multiplicabo semẽ vr̃m sicut stellas celi: ⁊ vniuersã terrã hãc de q̃ locutus sũ dabo semi vr̃o ⁊ possi debitis eam sp. Placatusqz ẽ dñs: ne faceret malũ qđ locut᷑ fuerat aduersus ꝑ̄m suũ. Et reuersus est moyses de mõte: portans duas tabulas testimonij ĩ manu sua scriptas ex vtraqz pte: ⁊ factas opere dñi. Scriptura quoqz dei erat sculpta ĩ tabul᷑. Audiens aũ iosue tumultũ ꝑ̄li vociferãtis. dixit ad moysẽ. Ululat᷑ pugne audit᷑ ĩ castris. Qui rñdit. Nõ est clamor adhortantiũ ad pugnã: neqz vociferacõ ꝯpellẽtiũ ad fugã: sz vocẽ cãtantiũ ego audio. Cũqz appropinq̃sset ad castra vidit vitulũ ⁊ choros: iratusqz valde ꝓiecit ꝺ manu tabulas: ⁊ ꝯfregit eas ad radicẽ mõtis. Arripiẽsqz vitulũ quẽ fecerãt ꝯbussit et ꝯtriuit vsqz ad puluerẽ: quẽ sparsit ĩ aquã: et dedit ex eo potũ filijs isrl᷑. Dixitqz moyses ad aarõ. Quid tibi fecit hic ꝑ̄ls vt ĩduceres sup eũ pcm maximũ ? Cui ille rñdit. Ne ĩdignet᷑ dñs me᷒. Tu eĩ nosti ꝑ̄m istũ q᷑ ꝓnus sit ad malũ. Dixerunt mihi: Fac nob deos qui nos p̃cedant. Huic eĩ moysi qui nos eduxit de terra egipti : nescimus quid acciderit. Quibꝫ ego dixi. Quis vr̃m hꝫ aur̃? Tulerũt ⁊ dederũt mihi. ⁊ ꝓieci illud ĩ ignẽ: egressusqz ẽ hic vitul᷒. Videns g̃ moyses ꝑ̄m q᷑ eẽt nudat᷒: spoliauerat eĩ eũ aaron ꝓter ig̃miniã sordis. ⁊ ĩter hostes nudũ ꝯstituerat: ⁊ stans in porta castroꝝ ait. Si quis ẽ dñi iungat᷑ mihi! Cõgregatiqz sũt ad eũ omnes filij leui. Quibꝫ ait. Hec dicit dñs de᷒ isrl᷑. Ponat vir gladium sup femur suũ. Ite ⁊ redite de porta vsqz ad portã ꝑ medĩũ castroꝝ : ⁊ occidite vnusquisqz frem suũ ⁊ amicũ ⁊ ꝓximũ suũ Feceruntqz filij leui iuxta ꝶmonẽ moysi: ceciderũtqz ĩ die illa q̃si vigintitria milia hoim. Et ait moyses. Consecrastis man᷒ vr̃as hodie dño vnusquisqz ĩ filio ⁊ in frẽ suo: vt det᷑ vobis bñdictio. Facto aũ altero die locutus est moyses ad ꝑ̄lm. Peccastis pcm maximũ. Ascendaz ad dñm si q̃ modo eũ quiuero depcari ꝑ scelere vr̃o. Reuersusqz ad dñm ait. Obsecro dñe: peccauit ꝑ̄lus iste pcm maximũ: feceruntqz sibi deos aureos. Aut dimitte eis hãc noxam: aut si ñ vis dele me de libro tuo quẽ scripsisti. Cui rñdit dñs. Qui peccauerit mihi: delebo eũ de libro meo. Tu aũt vade ⁊ duc ꝑ̄lm istũ quo locutus sũ tibi. Angelus aũ me᷒ p̃cedet te. Ego aũt in die vlcionis visitabo ⁊ hoc pcm eoꝝ. Percussit aũt dñs populũ ꝑ reatu vituli : quem fecerat aaron.

Capi. XXXIII.

Locutusqz ẽ dñs ad moysen dicens Vade et ascende de loco isto. tu et populus tu᷒ quẽ eduxisti de terra egipti. ĩ terrã quã iuraui abrahaz. ysaac ⁊ iacob. dicẽs semini tuo dabo eã: ⁊ mittã p̃cursorẽ tui angelũ. vt eiciam chananeũ ⁊ amorreũ ⁊ etheum ⁊ phereseũ ⁊ eueum ⁊ iebuseum: ⁊ intres in terrã fluentẽ lacte ⁊ melle. Nõ enim ascendã tecũ: qr populꝰ dure ceruicis ẽ: ne forte disperdã te ĩ via. Audiẽsqz ꝑ̄s ꝶmonem hũc pessimũ luxit ⁊ null᷒ ex more ĩdutus ẽ cultu suo. Dixitqz dñs ad moysen. Loqre filijs isrl᷑. Populus dure ceruicis es: semel ascendã in medio tui ⁊ delebo te. Jam nũc depone ornatũ tuũ: vt sciã quid faciã tibi. Deposuer᷑t g̃ filij isrl᷑ ornatũ suũ a monte oreb. Moyses quoqz tollẽs tabnaculum. tetendit extra castra ꝓcul: vocauitqz nomẽ ei᷒ taber naculũ federis. Et oĩs ꝑ̄lus qui habebat aliquã questionẽ. egrediebat᷑ ad tabnaculum federis extra castra. Cunqz egredere᷑ moyses ad tabnaculũ surgebat vniuersa plebs. ⁊ stabat vnusquisqz ĩ ostio papilionis sui: aspiciebantqz tergũ moysi donec ĩgredere᷑ tentoriũ. Ingresso aũ illo tabernaculũ federis. descẽdebat colũna nubis ⁊ stabat ad ostiũ: loqbaturqz dñs cũ moyse cernẽtibꝫ vniuersis q᷑ columna nubis staret ad ostiũ tabernaculi. Stabantqz ipi ⁊ adorabant per fores tabernaculoꝝ suoꝝ. Loquebatur aũt dñs ad moysen facie ad faciẽ. sicut solet loqui homo ad amicũ suum. Cunqz ille reuerter᷑et in castra: minister eius iosue fili᷒ nun puer ñ recedebat

de tabernaculo. Dixit aũt moyſes ad deũ ꝓcipis vt educã ꝑm iſtũ. ⁊ ñ ĩdicas mihi quẽ miſſur⁹ ſis mecũ ꝑſertim cũ dixeris. noui te ex noĩe: ⁊ ĩueniſti grãz coram me. Si g̃ ĩueni grãz in ꝓſpectu tuo: oñde mihi faciẽ tuã. vt ſciã te: ⁊ ĩueniaz grãm añ oc'os tuos. Reſpice ꝑm tuũ gentẽ hanc. Dixitq; deus. Facies mea ꝓcedet te. et requiẽ dabo tibi. Et ait moyſes. Si ñ tuipe precedas: ne educas nos ꝺ loco iſto. In q̃ enim ſcire poterim⁹ ego ⁊ ꝑ'us tu⁹. ĩueniſſe nos grãz ĩ ꝓſpectu tuo. niſi ãbulaueris nobiſcũ: vt glorificemur ab oĩb⁹ ꝑ'is qui habitãt ſup terram. Dixit aũt dñs ad moyſen. Et verbũ iſtud qꝺ locut⁹ es faciam. Inueniſti enim grãz coram me: ⁊ teipm noui ex noĩe. Qui ait. Oſtẽde mihi gloriã tuã. Rñdit. Ego oñdam omne bonũ tibi: ⁊ vocabor ĩ noĩe dñi coram te: ⁊ miſereb⁹ cui voluero. ⁊ clemẽs ero ĩ quez mihi placuerit. Rurſũq; ait. Nõ poteris videre faciẽ meã. Non eĩ videbit me hõ ⁊ viuet. Et itez. Ecce ĩquit ẽ loc⁹ apud me: ⁊ ſtab⁹ ſupra petrã. Cũq; trãſibit gloria mea. ponã te in foramĩe petre: ⁊ ꝓtegaz dextera mea donec trãſeaz. Tollamq; manũ meã: ⁊ videbis poſteriora mea: faciẽ aũt meã videre non poteris.

Capi. XXXIIII.

Et deinceps ꝑſcide ait tibi duas tabulas lapideas ĩſtar prioz: ⁊ ſcribam ſup eas ꝺba q̃ habuerunt tabule quas fregiſti. Eſto paratus mane. vt aſcendas ſtatim in montez ſy̓nai: ſtabiſq; mecũ ſup verticẽ mõtis. Nullus aſcendat tecũ: nec videaĩ quiſpiã ꝑ totũ montẽ: boues quoq; ⁊ oues nõ paſcanĩ ecõtra. Excidit g̃ duas tabulas lapideas. q̃les antea fuerant: ⁊ de nocte cõſurgens aſcendit in montẽ ſy̓nai. ſicut ꝓcepat ei dñs: portans ſecũ duas tabulas. Cũq; deſcẽdiſſet dñs ꝑ nubez ſtetit moyſes cũ eo. ĩuocans nomẽ dñi. Quo tranſeunte coram eo ait. Dñator dñe de⁹. miſicors ⁊ clemẽs. paciẽs ⁊ mlte miſericordie. ⁊ verus: qui cuſtodis miſericordiaz ĩ milia. qui aufers iniquitatẽ ⁊ ſcelera atq; peccata. nulluſq; apud te ꝑ ſe ĩnocens ẽ: qui reddis iniquitatẽ patꝝ filijs ac nepotib⁹ ĩ tercian et q̃rtaz ꝓgenie Feſtinuſq; moyſes curuatus eſt pronus ĩ terram: ⁊ adorans ait. Si inueni graciaz in cõſpectu tuo dñe: obſecro vt gradiaris nobiſcũ: populus enim dure ceruicis eſt: vt auferas iniquitates nr̃as atq; peccata noſq; poſſideas. Rñdit dñs. Ego inibo pactum videtib⁹ cũctis: ſigna faciaz q̃ nunq̃ viſa ſunt ſup terraz: nec ĩ vllis gentib⁹: vt cernat populus iſte ĩ cui⁹ es medio opus dñi terribile quod factur⁹ ſum. Obſerua cuncta q̃ hodie mandaui tibi. Ego ipe eiciaz ante faciẽ tuaz. amorreũ ⁊ chananeũ ⁊ etheum: pherezeuz quoq; ⁊ eueum ⁊ iebuſeum. Caue ne vnq̃ cũ hĩtatorib⁹ terre illius iũgas aĩcicias q̃ tibi ſint ĩ ruinam: ſed ⁊ aras eoꝝ deſtrue ⁊ ꝑfringe ſtatuas: lucoſq; ſuccide. Noli adorare deũ alienuz. Dñs. zelotes nomẽ eius: deus ẽ emulator. Ne ineas pactũ cum hoĩb⁹ illaꝝ regionũ: ne cũ fornicati fuerint cũ dijs ſuis. ⁊ adorauerũt ſimulacra eoꝝ: vocet te quiſpiaz: vt comedas de ĩmolatis. Nec vxorez de filiab⁹ eoꝝ. accipies filijs tuis: ne poſtq̃ ipe fuerint fornicate: fornicari faciãt in deos ſuos filios tuos. Deos cõflatiles ñ facies tibi. Solennitatẽ azimoꝝ cuſtodies. Septem diebus veſceris azimis: ſicut ꝓcepi tibi in tpe mẽſis nouoꝝ. Menſe enim verni tpis egreſſus es de egipto. Omne qꝺ apit vuluam generis maſculini. meũ erit. De cũctis animantib⁹. tam de bob⁹ q̃ de ouibus meũ erit. Primogenitũ azimi redimes oue. Si aũt nec preciũ ꝑ eo dederis: occidẽ. Primogenitũ filioꝝ tuoꝝ redimes nec appareb⁹ in ꝓſpectu meo vacuus. Sex diebus opaberis: die ſeptimo ceſſabis arare ⁊ mettere. Solẽnitatẽ ebdomadaꝝ facies tibi. in primicijs frugũ meſſis tue triticee ⁊ ſolẽnitatẽ. q̃n redeũte anni tpe cũcta cõdunt. Tribus tpib⁹ ãni apparebit omne maſculinũ tuũ: in cõſpectu omnipotẽtis dñi dei iſrl. Cũ enim tulero gẽtes a facie tua. ⁊ dilatauero termĩos tuos. null⁹ ĩſidiabitur terre tue: aſcẽdẽte te. ⁊ apparẽte ĩ conſpectu dñi dei tui. ter ĩ anno. Nõ ĩmolab⁹ ſup fermẽto ſanguinẽ hoſtie mee: neq; reſidebit mane de victis ſolẽnitatis phaſe. Primicias frugũ tre tue offeres ĩ domo dñi dei tui. Nõ coq̃s hedũ ĩ lacte mr̃is ſue. Dixitq; dñs ad moyſen. Scribe tibi ꝺba hec: quib⁹ ⁊ tecũ ⁊ cũ iſrl pepigi fed⁹. Fuit g̃ ibi cũ dño moyſes q̃dragĩta dies. ⁊ q̃dragĩta noctes: panẽ ñ comedit. ⁊ aqnã ñ bibit: ⁊ ſcripſit ĩ tabulis ꝺba federis decẽ

Cũqz descenderet moyses de monte synai. tenebat duas tabulas lapideas testimonij ⁊ ignorabat q̄ cornuta esset facies sua: ex psortio fmonis dñi. Videntes aũt aaron et filij isrl̄. cornutam moysi faciẽ: timuerũt ꝑpe accedere. Vocatiqz ab eo reuersi sũt: tam aaron q̄ ꝓnceps synagoge. Et postq̄ locutus ẽ ad eos: venerũt ad eũ eciã omnes filij isrl̄. Quibꝫ ꝓcepit cũcta q̄ audierat a dño i monte synai. Impletisqz fmonibꝫ. posuit velamẽ sup faciẽ suã. Ad ingressus ad dñm ⁊ loquẽs cũ eo. auferebat donec exiret: ⁊ tũc loq̄bat ad filios israel oia q̄ sibi fuerãt impata. Qui videbãt faciez egredientis moysi eẽ cornutã: sed operiebat rursus ille faciẽ suam: si qñ loquebatur ad eos.

Capi. XXXV.

Igitur cõgregata omni turba filiorꝫ israhel. dixit ad eos. Hec sũt que iussit dñs fieri. Sex diebꝫ facietis opus. Septimus dies erit vob̄ sanctus: sabbatum ⁊ requies dñi. Qui fecerit opus i eo. occidet̄. Nõ succendetis ignẽ in oĩbꝫ habitaculis vr̄is p̄ die sabbati. Et ait moyses ad omnẽ cateruã filiorũ isrl̄. Iste ẽ fmo quẽ precepit dñs dicens. Separate apud vos ꝑmitias dño. Oĩs volũtarius ⁊ pno animo offerat eas dño. Aur̄ ⁊ argẽtum ⁊ es. iacinctũ ⁊ purpuraz. coccũqz bistinctũ ⁊ bissum. pilos caprar̄. pelles arietuz rubricatas ⁊ iacinctinas. ligna sethim. ⁊ oleũ ad luminaria ꝑcinnanda. et vt ꝑficiaṫ vngentũ ⁊ thymiama suauissimũ: lapides onichinos et gẽmas ad ornatum suphumeralis ⁊ racionalis. Quisquis vr̄m sapiẽs ẽ. veniat ⁊ faciat qđ dñs impauit tabnaculũ. scz ⁊ tectũ eiꝰ atqz opimẽtũ. anulos ⁊ tabulata cũ vectibꝫ. paxillos ⁊ bases. archã ⁊ vectes. ꝓpiciatoriũ ⁊ velũ qđ añ illud oppãdiṫ: mensã cum vectibꝫ. ⁊ vasis ⁊ ꝓpositionis panibꝫ: cãdelabr̄ ad lumiaria sustẽtanda. vasa illiꝰ ⁊ lucernas. ⁊ oleũ ad nutrimẽta igniũ: altare thymiamatis ⁊ vectes. ⁊ oleũ vnctõis ⁊ thymiama ex aromatibꝫ: tentoriũ ad ostiũ tabnaculi. altare olocausti ⁊ c̃ticulã eiꝰ eneam cum vectibꝫ ⁊ vasis suis: labr̄ ⁊ bases eiꝰ: cortinas atrij cũ colũnis ⁊ basibꝫ. tentoriũ i foribꝫ vestibuli. paxillos tabnaculi ⁊ atrij cũ funiculis suis: vestimẽta q̄r̄ vsꝰ ẽ in miſterio sãctuarij: vestes aaron pontificis ac filiorꝫ eiꝰ: vt sacerdocio fũganṫ mihi. Egressaqz ois multitudo filiorꝫ isrl̄. de ꝓspectu moysi: obtuleṛt mente ꝓmptissima atqz deuota. ꝑmicias dño. ad faciendũ opus tabnaculi testimonij. Quicquid ad cultũ ⁊ ad vestes sc̃as necessariũ erat viri cũ mulieribꝫ ꝓbuerunt: armillas ⁊ inaures anulos ⁊ dextralia. Omne vas aureũ i donaria dñi sepatũ ẽ. Si quis habebat iacinctũ ⁊ purpurã. coccũqz bistinctũ. bissũ ⁊ pilos caprarꝫ. pelles arietũ rubricatas ⁊ iacinctinas. argẽti ⁊ auri. erisqz metalla obtuleṛt dño: lignaqz sethim i varios vsus. Mulieres doctę q̄ venerãt dederũt iacinctũ. purpurã ⁊ vermiculũ ac bissũ ⁊ pilos caprarũ: spõte ꝑpria cũcta tribuẽtes. Principes vo obtulerũt lapides onichinos ⁊ gẽmas ad suphumerale ⁊ rõnale aromataqz ⁊ oleũ ad luminaria ꝑcinnãda: ⁊ ad ꝑparandũ vngentũ ac thymiama odoris suauissimi cõponendũ. Omnes viri et mulieres mẽte deuota obtulerũt donaria: vt fierẽt opa q̄ iusserat dñs p manũ moysi. Cuncti filij isrl̄. volũtaria dño dedicauerũt. Dixitqz moyses ad filios isrl̄. Ecce vocauit dñs ex noĩe beseleel filiũ huri. filij hur. de tribu iuda: impleuitqz eũ spiritu dei. sapiẽtia ⁊ ĩtelligentia ⁊ scientia. et omni doctrina: ad excogitandũ ⁊ faciendũ opus in auro ⁊ argento ⁊ ere ⁊ ferro. sculpendisqz lapidibꝫ. ⁊ ope carpentario. Quicquid fabre adĩueniri pt̄. dedit i corde eiꝰ. Ooliab quoqz filiũ achisamech. de tribu dan. Ambos erudiuit sapiẽtia vt faciant opa abietarij. polimitarij ac plumarij de iacĩcto ⁊ purpura. coccoqz bistincto ⁊ bisso et texant oĩa: ac noua queqz reperiant.

Capi. XXXVI.

Fecit ergo beseleel. ⁊ ooliab. ⁊ omnis vir sapiẽs. quibꝫ dedit dñs sapientiã ⁊ intellectũ. ut scirent fabre opari q̄ in vsu sãctuarij necessaria sũt ⁊ q̄ ꝓcepit dñs. Cũqz vocasset eos moyses ⁊ omnẽ eruditũ vir̄. cui dederat dñs sapientiã. ⁊ qui spõte sua obtulerũt se ad faciendũ opꝰ: tradidit eis oĩa donaria filiorũ isrl̄. Qui cũ instarẽt opi q̄tidie: mane vota ꝑplus offerebat. Vñ artifices venire ꝯpulsi. dixerũt moysi. Plus offert ꝑplus q̄ necessariuz est. Iussit ergo moyses. preconis voce cantari. Nec vir nec mulier

quicq̃ offerat vltra ī ope ſãctuarij. Dicq̃ ceſſatū ẽ a muneribꝫ offerẽdis. eoq̃ obla-
ta ſufficerẽt ꝙ ſupabūdarẽt. Feceřtq̃ om-
nes corde ſapiẽtes ad explẽdū op⁹ tabna-
culi cortinas decē. ỏ biſſo retorta ꝙ iacin-
cto ꝙ purpura. coccoq̃ biſtincto: ope vari-
o. ꝙ arte polimita. Quaꝝ vna habebat in
lõgitudīe vigītiocto cubitos: ꝙ ī latitudi
ne q̃tuor. vna mẽſura erat oĩm cortinaꝝ.
Cõiunxitq̃ cortinas quinq̃ altерã alteri:
ꝙ alias quinq̃ ſibinuicẽ copulauit. Fecit
ꝙ anſas iacīctinas in ora cortine vni⁹ ex
vtroq̃ latere. ꝙ in ora cortine alterí⁹ ſil'r:
vt ꝓtra ſeinuicẽ venirẽt anſe: ꝙ mutuo iũ-
gerenť. Vnde ꝙ quinq̃gīta fudit circulos
aureos. qui mordерẽt cortinaꝝ ãſas: ꝙ fie
ret vnū tabnaculū. Fecit ꝙ ſaga vndecī de
pilis capraꝝ. ad opiendū tectū tabnaculi.
Vnū ſagū ī lõgitudīe habebat cubitos tri
ginta. ꝙ ī latitudīe cubitos q̃tuor. Vnius
mẽſure erāt oĩa ſaga. Quoꝝ quinq̃ iũxit
ſeorſū: ꝙ ſex alia ſeparatim. Fecitq̃ anſas
quinq̃ginta ī ora ſagi vni⁹. ꝙ quinq̃gīta ī
ora ſagi alterí⁹ vt ſibinuicẽ iũgerenť: ꝙ fi
bulas eneas quīq̃ginta quib⁹ necтereť tec-
tū: vt vnū palliū ex oĩb⁹ ſagis fieret. Fe
cit ꝙ optoriū tabnaculi de pellib⁹ arietum
rubricatis: aliudq̃ deſup velamẽ ỏ pellib⁹
iacinctīs. Fecitq̃ tabulas tabnaculi ỏ li-
gnis ſethim ſtātes. Decẽ cubitoꝝ erat lõ-
gitudo tabule vni⁹: ꝙ vnū ac ſemis cubi-
tuꝫ latitudo retinebat. Bine incaſtrature
erāt ꝑ ſingulas tabłas: vt altera alteri iũ-
gereť. Sic fecit ī oĩb⁹ tabnaculi tabuł. E
quib⁹ vigīti ad plagã meridianã erāt cõ-
tra auſtr: cũ q̃draginta baſib⁹ argenteis.
Due baſes ſub vna tabula ponebãť ex v-
traq̃ ꝑte ãguloꝝ: vbi incaſtrature lateꝝ ī
ãgulis termīanť. Ad plagã quoq̃ tabna-
culi q̃ reſpicit ad aquilonẽ fecit vigīti ta-
bulas cũ q̃draginta baſib⁹ argēteis: duas
baſes ꝑ ſīgulas tabulas. Cõtra occidentẽ
ỏo ib ẽ ad eaꝫ ꝑtẽ tabnaculi q̃ mare reſpi-
cit. fecit ſex tabulas: ꝙ duas alias ꝑ ſingu
los ãgulos tabnaculi retro q̃ iũcte erāt a
deorſū vſq̃ ſurſum: ꝙ in vnaꝫ ꝯpagẽ piter
ferebanť. Ita fecit ex vtraq̃ ꝑte ꝑ ãgulos
vt octo eẽnt ſił tabule. ꝙ haberẽt baſes ar
genteas ſedecim: binas ſcꝫ baſes ſub ſin-
gulis tabulis. Fecit ꝙ vectes de lignis ſe-
thim quinq̃ ad ꝓtinendas tabulas vnius
lateris tabernaculi: ꝙ quinq̃ alios ad al-
teri⁹ lateris coaptādas tabulas: ꝙ extra
hos. quīq̃ alios vectes ad occidẽtalẽ pla-
gã tabnaculi ꝓtra mare. Fecit quoq̃ ve-
ctem aliū: qui ꝑ medias tabulas ab ãgulo
vſq̃ ad anguluꝫ pueniret. Ipa aũt tabu-
lata deaurauit: fuſis baſib⁹ eaꝝ argẽteis.
Et circulos eoꝝ fecit aureos. ꝑ q̃s vectes
induci poſſent: q̃s ꝙ ipos laminis aureis
opuit. Fecit ꝙ velū de iacincto ꝙ purpura.
vermiculo ac biſſo retorta ope polimitario
variū atq̃ diſtinctū: ꝙ q̃tuor colũnas ỏ li-
gnis ſethim. q̃s cũ capitib⁹ deaurauit: fu-
ſis baſib⁹ eaꝝ argẽteis. Fecit ꝙ tẽtoriū in
ītroitu tabnaculi ex iacīcto. purpura ver-
miculo. biſſoq̃ retorta ope plumarij ꝙ co-
lũnas quinq̃ cũ capitib⁹ ſuis q̃s opuit au
ro: baſeſq̃ eaꝝ fudit eneas. ꝙ opuit auro.

Capitulum XXXVII.

Fecit autẽ beſeleel. ꝙ archam de li-
gnis ſethim. habentẽ duos ſemis
cubitos in longitudine: ꝙ cubitū
ac ſemiſſem in latitudine. altitudo quoq̃
vni⁹ cubiti fuit ꝙ dimidij. Deſtiuitq̃ eam
auro puriſſimo intus ꝙ foris. Et fecit illi
coronã aureaꝫ ꝑ gўrū. ꝓflans q̃tuor anu-
los aureos ꝑ q̃tuor ãgulos ei⁹: duos anu-
los in latere vno: ꝙ duos in altero. Vectes
quoq̃ fecit de lignis ſethim. quos veſtiuit
auro: ꝙ quos miſit in anulos qui erant in
lateribꝫ arche ad portandū eam. Fecit et
ꝓpiciatoriū ib ẽ oraculū de auro mūdiſſi-
mo. duoꝝ cubitoꝝ ꝙ dimidij in longitudi-
ne: ꝙ cubiti ac ſemiſſis in latitudine. Du-
os eciã cherubin ex auro ductili quos po-
ſuit ex vtraq̃ ꝑte ꝓpiciatorij: cherub vnū
in ſūmitate vnius ꝑtis ꝙ cherub alterū in
ſūmitate partis alterí⁹. Duos cherubin
in ſingulis ſūmitatib⁹ ꝓpiciatorij: extendẽ
tes alas. ꝙ tegẽtes ꝓpiciatoriū: ſeq̃ mutuo
ꝙ illud reſpiciẽtes. Fecit ꝙ mẽſaꝫ de lignis
ſethim. ī longitudine duoꝝ cubitoꝝ. ꝙ in
latitudine vni⁹ cubiti: q̃ habebat ī altitu
dine cubitū ac ſemiſſem. Circũdeditq̃ eaꝫ
auro mūdiſſimo ꝙ fecit illi labiū aureū ꝑ
gўrū: ipiq̃ labio coronã aureaꝫ. interra-
ſilẽ quatuor digitoꝝ: ꝙ ſup eandẽ. alteraꝫ
coronã aureaꝫ. Fudit ꝙ quatuor circulos
aureos. q̃s poſuit in q̃tuor angulos ꝑ ſin-
gulos pedes menſe contra coronam: mi-
ſitq̃ in eos vectes vt poſſit mẽſa portari:

ipos quoq; vectes fecit de lignis sethim. ⁊ circũdedit eos auro. Et vasa ad diuersos vsus mẽse. acetabula. fialas. et sciatos et thuribula ex auro puro: ĩ quib⁹ offerẽda sũt libamina. Fecit ⁊ cãdelabr̃ ductile. de auro mũdissimo. De c⁹ vecte: calami. ciphi. sperulęq; ac lilia ꝓcedẽbãt: sex ĩ vtroq; latere. Tres calami ex pte vna: et tres ex altera. Tres ciphi in nucis modũ ꝑ calamos singulos sperulęq; sil' ⁊ lilia: ⁊ tres ciphi instar nucis ĩ calamo altero. sperulęq; sil' ⁊ lilia. Equũ erat op⁹ sex calamor̃ qui ꝓcedebãt de stipite candelabri. In ipo aũ vecte erãt ꝗtuor ciphi in nucis modũ. sperulęq; ꝑ singulos et lilia: ⁊ sperule sub duob⁹ calamis ꝑ loca tria: qui sil' sex fiũt calami. ꝓcedẽtes de vecte vno. Et sperule igit̃ ⁊ calami ex ipo erãt: vniuersa ductilia ex auro purissimo. Fecit et lucernas septẽ cũ emũctor̃is suis. ⁊ vasa vbi ea que emũcta sũt extiguant̃: ⁊ auro mũdissimo Talentũ auri appẽdebat cãdelabr̃ cũ oĩb⁹ vasis suis. Fecit ⁊ altare thymiamatis de lignis sethim. ꝑ ꝗdraz singulos hñs cubitos ⁊ ĩ altitudine duos: e cui⁹ angulis ꝓcedebãt cornua: vestiuitq; illud auro purissimo. cũ craticula ac pietib⁹. ⁊ cornib⁹. Fecitq; ei coronã aureolã ꝑ gyrũ: ⁊ duos anulos aureos sub corona ꝑ singula latera: vt mittant̃ ĩ eos vectes. ⁊ possit altare portari. Ipos aũ vectes fecit de lignis sethim: ⁊ opuit laminis aureis. Cõposuit ⁊ oleũ ad sanctificacõis vngentũ: ⁊ thymiamata de aromatibus mundissimis. opere pigmentarij.

Capi. XXXVIII.

Fecit ⁊ altare olocausti ⁊ lignis sethim. quinq; cubitor̃ ꝑ ꝗdraz. Et triũ in altitudĩe: cuius cornua de ãgulis ꝓcedebãt: opuitq; illud lamis eneis. Et ĩ vsus eius ꝑauit ex ere vasa diuersa: lebetes. forcipes. fuscinulas. vncinos ⁊ igniũ receptacula. Craticulãq; ei⁹ ĩ modũ retis fecit eneã: ⁊ subter eã in altaris medio arulã fusis ꝗtuor anulis ꝑ totidẽ reticuli sũmitates: ad ĩmittendos vectes ad portandũ. Quos ⁊ ipos fecit de lignis sethim ⁊ opuit lamis eneis: induritq; ĩ circulos qui in lateribus altaris eminebant. Ipm aũ altare ñ erat solidum. sed cauũ. ex tabulatis: ⁊ intus vacuũ. Fecit ⁊ labrum eneũ cũ basi sua: de speculis mulierũ que excubabant in ostio tabernaculi. Fecit ⁊ atriũ. in cui⁹ australi plaga erãt tentoria ex bisso retorta cubitor̃ centũ: colũne enee viginti cũ basib⁹ suis. Capita colũnar̃ et tota opis celatura argentea. Eque ad septentrionalẽ plagaz. tentoria colũne bases q; capita colũnar̃ eiusdẽ mensure et opis ac metalli erãt. In ea vero plaga que ad occidentẽz respicit fuerũt tentoria cubitor̃ quinq̃ginta. colũne decem cũ basib⁹ suis enee: ⁊ capita colũnar̃. ⁊ tota operis celatura argentea. Porro ꝑ orientẽ quiquaginta cubitor̃ ꝑauit tentoria. e quib⁹ quidecim cubitos colũnar̃ triũ cũ basib⁹ suis vnũ tenebat latus: ⁊ in pte altera. qz iter vtraq; introitũ tabnaculi fecit. quindecim eque cubitor̃ erãt tentoria: colũne q; tres ⁊ bases totidẽ. Cuncta atrij tentoria bissus retorta texuerat. Bases colũnarũ fuere enee: capita aũt earũ cũ cunctis celaturis suis argẽtea: ꝫ et ipas colũnas atrij vestiuit argento. Et ĩ introitu eius ope plumario fecit tentoriũ. ex iacincto. purpura. vmiculo ac bisso retorta. qđ habebat viginti cubitos ĩ longitudĩe: altitudo vo quinq; cubitor̃ erat. iuxta mẽsuraz quã cũcta atrij tentoria habebãt. Colũne aũt in ingressu fuere ꝗtuor. cũ basib⁹ eneis: capitaq; earũ ⁊ celature argẽtee. Paxillos quoq; tabnaculi ⁊ atrij ꝑ gyr̃. fecit eneos Hec sũt instrumẽta tabnaculi testionij. q̃ enumerata sũt iuxta ꝓceptũ moysi ĩ ceremonijs leuitar̃ ꝑ manũ ythamar filij aaron sacerdotis. que beseleel fili⁹ huri filij hur ex tribu iuda dño ꝑ moysen iubẽte cõpleuerat: iũcto sibi socõ ooliab filio achisamech ex tribu dan: qui ⁊ ipe artifex ligr̃ egregi⁹ fuit. ⁊ polimitarius. atq; plumari⁹. ex iacĩcto. purpura. vmiculo ⁊ bisso. Omne aur̃ qđ expensũ ẽ ĩ ope sctuarij ⁊ qđ oblatũ est ĩ donarijs viginti ⁊ nouez talẽtor̃ fuit. ⁊ septingẽtor̃ triginta sicl⁹: ad mẽsurã sanctuarij. Oblatũ ẽ aũt ab hijs qui trãsierũt ad numerũ. a viginti annis ⁊ sup̃: de sexcentis trib⁹ milib⁹ ⁊ quingentis quinq̃ginta armator̃. Fuerũt ꝓterea centũ talenta argenti: e quib⁹ ꝓflate sunt bases sanctuarij. ⁊ ĩtroitus vbi velũ pendet. Centũ bases facte sunt de talẽtis centum: singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingentis

et ſeptuagītaquinq; fecit capita colūnaꝝ
LOcutusq; est dñs ad moysen post mortez duoz filioz aaron: qñ offerētes ignē alienū interfecti sūt. Et pcepit ei dicēs. Loqre ad aaron frem tuū. ne omni tpe ingrediať sanctuariū. qđ est intra velū corāz ꝓpiciatorio q̄ tegiť archa. vt nō moriať. quia in nube apparebo super oraculum: nisi hec ante fecerit. Vitulū p peccato offeret: ⁊ arietē in olocaustum. Tunica linea vestietur: femineis libo lineis verenda celabit. Accingeť zona linea: cidarim lineam imponet capiti. Hec enim vestimēta sūt sancta: quibo cūctis cū lotus fuerit induetur. Suscipiet q; ab vniuersa multitudine filioz israhel duos hircos p peccato: ⁊ vnū arietem in olocaustū. Cūq; obtulerit vitulū ⁊ oraverit p se ⁊ p domo sua: duos hircos stare faciet corā dño in ostio tabernaculi testimonij: mittēsq; sup vtrq; sorte. vnā dño. ⁊ altera capro emissario. cui⁹ exierit sors dño offeret illū p pēto: cui⁹ aūt in caprū emissariū statuet eū viuū corā dño. vt fūdat pces sup eū: ⁊ emittat eū in solitudīez Dijs ritē celebratis. offeret vituluz: ⁊ rogans p se ⁊ p domo sua immolabit eum. Assumptoq; thurribulo quod de pruis

altaris impleuerit. ⁊ hauriens manu cō-
positū thymiama ī incensū: vltra velū in-
trabit ī sancta. vt positis sup ignē aroma-
tibꝫ nebula eoꝝ ⁊ vapor opiat oraculū qđ
ē sup testionīū: ⁊ ñ moriat̄ Tollet quoqꝫ ð
sanguine vituli: ⁊ aspget digito septies cō
tra ppitiatoriū ad orientē Cūqꝫ mactauerit
hircū p pctō pli. inferet sāguinē ei⁹ intra
velū sicut p̄ceptū est de sanguine vituli: vt
aspgat e regione oraculi ⁊ expiet sanctua
riū ab immūdicijs filioꝝ isrl̄: ⁊ a ꝑuaricꝫ
eoꝝ. cūctisqꝫ peccatis. Juxta hūc ritū fa-
ciet in tabnaculo testimonij qđ fixū est in-
ter eos: in medio sortiū habitatōnis eoꝝ.
Nullus hoīm sit ī tabnaculo qñ pontifex
sanctuariū īgredit̄. vt roget p se ⁊ p domo
sua ⁊ p vniuerso cetu isrl̄ donec egrediet̄
tabnaculū. Cū aūt exierit ad altare qđ co-
rā dño ē oret p se. ⁊ sūptū sanguinē vituli
atꝫ hirci fūdat sup cornua ei⁹ p gir: asper
gēsqꝫ digito septies. expiet ⁊ sāctificet illđ
ab īmūdicijs filioꝝ isrl̄. Postq̄ emūdaue-
rit sāctuariū ⁊ tabnaculū ⁊ altare. tūc offe
rat hircū viuētē ⁊ posita vtraqꝫ manu sup
caput ei⁹ confitebit̄ oēs iniquitates filioꝝ
isrl̄. ⁊ vniuersa delicta atꝫ pēta eoꝝ: que ī-
pcans capiti ei⁹ emittet illū p hoīem patū
ī deserti. Cūqꝫ portauerit hirc⁹ oēs iniqui
tates eoꝝ ī terrā solitariā. ⁊ dimissus fuit
ī deserto. reuertet̄ aaron ī tabnaculū testi-
monij. ⁊ depositis vestibꝫ quibꝫ ꝑus indut⁹
erat cū intraret sāctuariū. relictisqꝫ ibi. la
uabit carnē suaꝫ ī loco sācto. īduet̄qꝫ vesti
bus suis. Et postq̄ egressus obtulerit olo-
caustū suū ac plebis rogabit tā p se q̄ pro
pli: ⁊ adipē qui oblat⁹ ē p pētis adolebit
sup altare. Ille vero qui dimiserit capr e-
missariū lauabit vestimēta sua ⁊ corpus a-
qua: ⁊ sic ingredietur incastra. Vitulū aūt ⁊
hircū qui p pēto fuerāt īmolati ⁊ quoꝝ sā
guis illat⁹ ē in sāctuariū vt expiatō ꝓple-
ret̄. asportabūt foras castra ⁊ ꝓburēt igni
tā pelles q̄ carnes eoꝝ ac fimū: ⁊ quicūqꝫ
cōbusserit ea. lauabit vestimēta sua. ⁊ car-
nē aqua: ⁊ sic ingredietur castra. Eritqꝫ vob
hoc legittimū sēpiternū. Mēse aūt septīo
decīa die mēsis. affligetis aīas vrās: nullū
qꝫ op⁹ facietis siue indigena siue aduena
qui pegrināt̄ ītr vos. In hac die expiatō
erit vīi atꝫ mūdatō: ab oīb pētis vīis co-
rā dño mūdabimī. Sabbatū enī q̄quietōis
est. ⁊ affligetis aīas vrās religiōe ꝑpetua.
Expiabit aūt sacdos qui vnct⁹ fuerit: ⁊ c⁹
man⁹ iniciatr sūt vt sacerdotō fūgat̄ p pīe
suo. Jnduet̄qꝫ stola linea ⁊ vestibꝫ sāctis:
⁊ expiabit sanctuariū ⁊ tabnaculū testīo-
nij atꝫ altare: sacerdotes quoqꝫ ⁊ vniuersū
pl̄m. Eritqꝫ hoc vob legittimū sēpiternū:
vt oretis p filijs isrl̄. ⁊ p cūctis pētis eoꝝ
semel in anno. Fecit igit̄ sicut p̄ceperat do
minus moysi. Ca. XVII.

ET locut⁹ est dñs ad moysen dicēs.
Loquere aaron ⁊ filijs ei⁹ ⁊ cūctis
filijs isrl̄: dicēs ad eos. Jste ē ꝓmo
quem mandauit dñs dicens. Dō quilibꝫ de
domo isrl̄. si occiderit bouē aut ouem. siue
caprā in castris vel extra castra. ⁊ ñ obtu-
lerit ad ostiū tabernaculi oblatōem dño:
sāguis re⁹erit. Quasi si sanguinē fuderit:
sic peribit de medio pli sui. Jdeo sacdoti
offerre dēt filij israel hostias suas quas oc
cidūt in agro vt sāctificent̄ dño ante ostiū
tabernaculi testionij: ⁊ immolent eas osti
as pacificas dño. Fundetqꝫ sacerdos san-
guinē sup altare dñi ad ostiū tabernaculi
testimonij: ⁊ adolebit adipē in odorē sua-
uitatis dño: ⁊ nequaq̄ vltra īmolabūt hō-
stias suas demonibꝫ cū quibꝫ fornicati sūt.
Legittimū sempiternū erit illis ⁊ posteris
eoꝝ. Et ad ipos dices. Domo de filijs isrl̄.
⁊ de aduenis qui pegrinant̄ apud vos qui
obtulerit olocaustū siue victimā. ⁊ ad osti
um tabnaculi testionij ñ adduxerit eaꝫ vt
offerat̄ dño: interibit de ꝑpl̄o suo. Dō quili
bet ð domo isrl̄. ⁊ de aduenis qui pegrināt̄
inter vos. si comederit sanguinē obfirma
bo faciē meā ꝓtra aīam illi⁹ ⁊ dispdam eā
de ꝑpl̄o suo: qr aīa carnis in sanguine ē: ⁊
ego dedi illū vob. vt sup altare in eo expie-
tis p aīabꝫ vīis: ⁊ sanguis p aīe piaculo sit
Jdcirco dixi filijs isrl̄. Omīs aīa ex vob ñ
comedet sanguinē: nec ex aduenis qui pe-
grinant̄ apud vos. Domo quicūqꝫ de filijs
israel. ⁊ de aduenis qui peregrinant̄. apud
vos si venatōne atꝫ aucupio ceperit feram
vel auē quibꝫ vesci licitū est: fūdat sangui-
nem ei⁹ ⁊ opiat illū terra. Anima enī oīs
carnis in sanguine ē. Vñ dixi filijs israel.
Sāguinē vniuerse carnis ñ comedetis: qr
aīa carnis ī sāguīe ē: ⁊ quicūqꝫ comederit
illū īteribit. Aīa que comederit morticinū
l̄ captū a bestia. tā de indignis q̄ ð aduenis

lauabit vestimenta sua ⁊ semetipsum aq̃: ⁊ contamiat⁹ erit vsq; ad vespe: ⁊ hoc ordine mundus fiet. Qsi non lauerit vestimenta sua vel corpus: portabit iniquitatẽ suam.

¶ Ca. XVIII.

Locutusq; est dñs ad moysen dicẽs Loqre filijs israel: ⁊ dices ad eos. Ego sum dñs deus vr̃: iuxta ꝓsuetudinem terre egipti in qua habitastis nõ facietis: ⁊ iuxta morem regionis chanaaz ad quam ego introducturꝰ sum vos. non agetis: nec in legitimis eor ambulabitis. Facietis iudicia mea ⁊ p̃cepta mea huabitis: ⁊ ambulabitis in eis. Ego dñs deꝰ vr̃. Custodite leges meas atz iudicia: que faciens homo viuet in eis. Ego dñs deus vr̃ Omnis hõ ad proximũ sanguinis sui non accedet vt reuelet turpitudinẽ eiꝰ Ego dñs Turpitudinez p̃is tui ⁊ turpitudinẽ matris tue nõ discoopies. Mater tua est: non reuelabis turpitudinẽ eiꝰ. Turpitudinem vroris p̃is tui non discoopies. turpitudo enĩ p̃is tui est Turpitudinẽ sororis tue ex p̃e siue ex matre q̃ domi vel foris genita ẽ non reuelabis. Turpitudinẽ filie filij tui l' neptis ex filia nõ reuelabis: qr turpitudo est tua. Turpitudinez filie vroris p̃is tui quam pepit p̃i tuo ⁊ est soror tua: non reuelabis. Turpitudinẽ sororis p̃is tui non discoopies: qr caro est p̃is tui. Turpitudinem sororis mr̃is tue non reuelab̃: eoq; caro sit mr̃is tue. Turpitudinem p̃ut tui nõ reuelabis: nec accedes ad vrorem eiꝰ: que tibi affinitate ꝯiungit̃ Turpitudinẽ nurꝰ tue non reuelabis. qr vror filij tui est: nec discoopies ignominiaz eiꝰ. Et vrorem fr̃is sui nullus accipiat. Turpitudinez vroris fr̃is tui non reuelab̃: qr turpitudo fratris tui est Turpitudinẽ vroris tue ⁊ filie eius non reuelabis. Filiam filij eiꝰ ⁊ filiaz filie illiꝰ nõ sumes vt reueles ignominiã eiꝰ: qr caro illiꝰ sunt: ⁊ talis coitꝰ incestꝰ est. Sororẽ vroris tue in pellicatũ illiꝰ non accipies: nec reuelabis turpitudine eiꝰ adhuc illa viuentꝫ. Ad mulierẽ q̃ patit̃ menstrua ñ accedes: nec reuelab̃ feditatẽ eiꝰ Cũ vrore p̃rimi tui ñ coibis: nec semĩs ꝯmixtõne maculaberis. De semĩe tuo ñ dabis vt cõsecret̃ ydolo moloch: nec pollues nomen dei tui Ego dñs. Cũ masculo ñ ꝯmiscearis coitu femineo: qr abominatõ est. Cũ omni pecore non coibis: nec maculaberis cũ eo. Mulier non succũbet iumẽto nec miscebit̃ ei: qr scelus ẽ. Nec polluamĩ in omĩbꝫ hijs quibꝫ ꝯtaminatꝫ sũt vniuerse gẽtes quas ego eiciaz añ ꝯspectũ vr̃m: ⁊ quibꝫ polluta est terra cꝰ ego scelera visitabo: vt euomet hĩtatores suos. Custodite legitia mea atz iudicia: vt ñ faciatis ex oĩbꝫ abomiatõibꝫ istis taz indigena q̃ colonꝰ qui pegrinãt̃ apud vos. Omnes enĩ exectiones istas fecer̃t accole terre qui fuer̃t añ vos ⁊ polluer̃t eã. cauete ergo ne ⁊ vos sil'iter euomat cũ paria feceritis: sic̃ euomuit gentꝫ que fuit añ vos. Omnis aĩa q̃ fecerit de abominatõibꝫ hijs quippiã: pibit ꝺ medio ꝓpli sui Custodite mãdata mea. Nolite facere q̃ fecer̃t hij qui fuer̃t añ vos: ⁊ ne polluamĩ in eis. Ego dñs deꝰ vr̃.

¶ Ca. XIX

Locutꝰ est dñs ad moysen dicens. Loqre ad omnez cetũ filioꝝ israel ⁊ dices ad eos. Sancti estote: qr ego sanctꝰ sum dñs deꝰ vr̃. Vnusquisq; p̃ez suũ ⁊ matrem suam timeat Sabbata mea custodite. Ego dñs deus vr̃ Nolite cõuerti ad ydola: nec deos conflatiles facietis vobis. Ego dñs deus vester Si immolaueritis hostiaz pacificoꝝ dño vt sit placabilis eo die quo fuerit immolata comedetis eaz ⁊ die altero. Quicquid aũt residuũ fuerit in diem terciũ: igne conburetis. Si quis post biduum comederit ex ea ꝓfanus erit ⁊ impietatis reus: portabitq; iniquitatez suaz qr sanctũ dñi polluit: ⁊ pibit aĩa illiꝰ de ꝑplo suo. Cumq; messueris segetes terre tue non tondeberis vsq; ad solũ supficiem terre. nec remanẽtes spicas colliges: neq; in vinea tua racemos ⁊ g̃na decidentia cõgregabis: sed paupibꝫ ⁊ pegrinis carpẽda dimittes Ego dñs deꝰ vr̃. Non facietis furtũ nec menciemĩ. nec decipiet vnusquisq; ꝓximum suũ. Non piurabis in noĩe meo. nec pollues nomen dei tui. Ego dñs. Non facies calumniã ꝓximo tuo: nec vi oꝑimes eũ. Non morabit̃ opꝰ mercẽnarij tui. apud te vsq; mane Non maledices surdo. nec coram ceco pones offendiculũ: sed timebis dñm deũ tuũ: qr ego sum dñs. Non facies qꝺ iniquũ est: nec iniuste iudicabis Non cõsideres psonam pauperis: Nec honores vultũ potẽtis. Juste ꝓximo tuo iudica. Nec eris criminatorꝫ: nec susurro in

ꝑlis. Non stabis cõtra sanguinem ꝓximi tui. Ego dñs. Nõ oderis frẽm tuũ in corde tuo: sed publice argue eum: ne habeas sup illo pctm. Non queras vltõem: nec memor eris iniurie ciuiũ tuoꝝ. Diliges amicũ tuum sicut teipm. Ego dñs. Leges meas custodite. Jumentũ tuum nõ facies coire cũ alterí generis aĩantibo. Agꝝ tuũ non seres diuerso semĩe Veste que ex duobo texta est non indueris. Homo si dormierit cum muliere coitu seminis que sit ancilla etiaꝫ nobilis. ⁊tamen ptio non redempta nec libertate donata: vapulabunt ambo ⁊ ñ morient: qꝛ non fuit libera. Pro delicto autẽ suo offeret dño ad ostiũ tabernaculi testimonij arietẽꝫ: orabitqꝫ pro eo sacerdos ⁊ pro pctõ eí coram dño et reꝛopitiabit ei: dimittet qꝫ pctm. Oñ ingressi fueritis terrã. ⁊ plantaueritis in ea ligna pomifera: auferetis ꝓpucia eoꝝ. Poma que germinant immũda erũt vob: nec edetis ex eis. Quarto aũt ãno oĩs fructꝰ eoꝝ sãctificabit: laudabilis dño. Quinto autẽ anno comedetis fructꝰ: ꝓgregantes poma que proferunt. Ego dñs deꝰ vr̃. Non comedetis carnem cũ sanguĩe. Nõ auguriabimĩ: nec obſuabitis somnia. Neqꝫ in rotundũ attõdebitis comam: nec radetis barbã. Et super mortuo non incidetis carnes vrãs: neqꝫ figuras aliquas aut stigmata facietis vob Ego dñs Ne ꝑstituas filiã tuam: ne ꝓtaminet terra ⁊ impleat piaculo. Sabbata mea custodite: ⁊ sanctuariũ meum metuite. Ego dñs. Non declinetis ad magos: nec ab ariolis aliquid scisciteminí: vt polluamĩ per eos. Ego dñs deꝰ vr̃. Coraꝫ cano capite ꝓsurge: ⁊ honora personã senis: ⁊ time dñm deum tuũ Ego sum dñs Si habitauerit aduena in terra vrã. ⁊ moratꝰ fuerit inter vos. nõ exprobretis ei: sed sit inter vos quasi indigena: ⁊ diligetis eũ quasi vosmetipos. Fuistis enĩ ⁊ vos aduene in terra egipti. Ego dñs deus vr̃. Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio. in regula. in ponderе. in mensura. Statera iusta. et equa sint pondera: iustus modiꝰ: equusqꝫ sextariꝰ. Ego dominus deus vester: qui eduxi vos de terra egipti. Custodite omnia ꝓcepta mea ⁊ vniuersa iudicia: ⁊ facite ea. Ego dominꝰ.

Capitulum. XX.

Locutusqꝫ est dñs ad moyſeꝫ dicẽs. Dic loqueris filijs ísrael. Homo de filijs ísrael ⁊ de aduenis qui habitant in ísrael: si quis dederit de semine suo ydolo moloch. morte moriatur. Populus terre lapidabit eum: ⁊ ego ponam faciem meam contra illũ. succidãqꝫ eum de medio ꝑli sui. eoqꝫ dederit de semine suo moloch. ⁊ ꝓtaminauerit sanctuariũ meum. ac polluerit nomen sanctũ meum. qõ si negligẽs ꝑlus terre ⁊ quasi paruipẽdens imperiuꝫ meum. dimiserit hominem qui dedit de semĩe suo moloch. nec voluerit eũ occidere: ponaꝫ faciẽ meã super hominẽ illũ ⁊ cogñcõnem eíꝰ: succidamqꝫ ⁊ ipm ⁊ omnes qui consenserũt ei. vt fornicaret cũ moloch de medio ꝑli sui. Anima que declinauerit ad magos ⁊ ariolos ⁊ fornicata fuerit cũ eis. ponam faciẽ meam ꝓtra eam: ⁊ interficiã illam de medio ꝑli sui. Sanctificamini et estote sancti: qꝛ ego sanctus sum dñs deus vr̃. Custodite ꝓcepta mea: ⁊ facite ea. Ego dñs qui sanctifico vos. Qui maledixerit patri suo aut matri: morte moriat. Patri matriqꝫ qui maledixerit: sanguis eius sit super eũ. Si mechatꝰ quis fuerit cũ uxore alterí. et adulteriũ perpetrauerit cũ coniuge ꝓximi sui: morte morient ⁊ mechꝰ et adultera. Qui dormierit cum nouerca sua ⁊ reuelauerit ignominiam patris sui: morte moriant ambo. Sãguis eoꝝ sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua vterqꝫ moriat. qꝛ scelus operati sunt Sãguis eoꝝ sit super eos. Qui dormierit cum masculo coitu femineo: vterqꝫ operatꝰ est nephas: morte moriant. Sit sanguis eoꝝ super eos. Qui sup uxorem filiam duxerit matrem eíꝰ: scelus operatꝰ est. Eliuꝰ ardebit cũ eis: nec ꝑmanebit tantũ nephas in medio vr̃i. Qui cũ iumento ⁊ pecore coierit morte moriat: pecꝰ quoqꝫ occidete Mulier que succubuerit cuilibet iumẽto: sil' interficiet cũ eo. Sãguis eoꝝ sit sup eos. Qui accepit sororẽ suã filiã pr̃is sui l' filiã mr̃is sue ⁊ viderit turpitudinẽ eíꝰ. illaqꝫ ꝓspexerit frĩs ignomĩaꝫ: nefariã rẽ operati sũt. Occidẽt in cõspectu ꝑli. eoqꝫ turpitudĩem suã mutuo reuelauerĩt: ⁊ portabũt iniquitatẽ suaꝫ. Qui coierit cũ muliere in fluxu mẽstruo ⁊ ꝛuelauerit ꝛpitudinẽ eíꝰ. iꝑaqꝫ aperuerit fontẽ sanguinis sui interficient

ambo de medio ꝑpli sui. Turpitudinē matris tue non discooperies Qui hoc fecerit ignominiaz carnis sue nudauit: portabunt ambo iniquitatē suam Qui coierit cū uxore patrui uel auūculi sui ⁊ reuelauerit ignominiaz cognationis sue: portabūt ambo pctm suū Absq liberis morieñ. Qui duxerit uxorez frīs sui rem facit illicitam: turpitudinē frīs sui reuelauit: absq filijs erit Custodite leges meas atz iudicia ⁊ facite ea: ne ⁊ uos euomat terra quaz ītraturi estis ⁊ habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationum: quas ego expulsur⁹ sum añ uos. Omnia enim hec feceñt: ⁊ abominat⁹ suz eas. Uob añt loquor. Possidete terrā eoꝝ quaz dabo uob in hereditatem terrā fluentē lacte ⁊ melle. Ego dñs de⁹ uī: qui sepaui uos a ceteris ꝑplis. Sepate ergo ⁊ uos iumentū mūdū ab immūdo: ⁊ auē mundaz ab immūda. Ne polluatis aīas urās in pecore ⁊ auib ⁊ cunctis q̄ mouenť in terra: ⁊ q̄ uob oñdi eē polluta. Eritis scti mihi: q̄ sctūs ego sum dñs: et sepaui uos a ceteris ꝑplis ut eētis mei Uir ⁊ mulier ī quib ꝑhitonic⁹ ꝺinatōis fuerit spūs. morte moriant: lapidibꝫ obruēt eos. Sanguis eoꝝ sit sup illos. Ca. XXI

Dixitq dñs ad moysen. Loqre ad sacerdotes filios aaron ⁊ dices ad eos. Nec ꝓtamineť sacdos in mortib ciuiū suoꝝ. nisi tantū in ꝓsanguineis ac ꝑpīquis. i. sup pem ⁊ mrem ⁊ filiū ⁊ filiam. frēm q̄z ⁊ sororē ꝺginez. q̄ nō ē nupta uiro: sz nec in ꝑncipe ꝑpli sui ꝓtaminabiť nec radēt caput nec barbā nec ī carnib suis facient incisuras Sancti erūt deo suo: ⁊ non polluent nomen ei⁹ Incensum enim dñi ⁊ panes dei sui offert: ⁊ iō sancti erūt. Scortū ⁊ uile pstibulū non ducet uxorē. nec eaz q̄ repudiata est a marito. q̄ ꝓfect⁹ est deo suo: ⁊ panes ꝑpositōnis offert. Sit ergo sctūs: q̄ ⁊ ego sctūs sum dñs qui sctifico uos. Sacdotis filia si deprehensa fuerit in stupro. ⁊ uiolauerit nomen pris sui. flāmis exureť. Pōtifex. i. sacdos maxim⁹ inter frēs suos. sup cui⁹ caput fusum ē unctionis oleum. ⁊ cui⁹ man⁹ in sacerdocio consecte sunt Uestitusq ē sanctis uestib: caput suū non discoopiet. uestimenta non scindet: ⁊ ad omnem mortuū nō ingrediť omnino Super pre q̄z suo ⁊ mre non contaminabiť: nec egredieť de sanctis ne polluat sactuariū dñi: q̄ oleū sancte unctōis dei sui sup eum est. Ego dñs. Uirginez ducit uxorem. Uiduam aūt ⁊ repudiatam et sordidam atz meretricem non accipiet sed puellaz de ꝑplo suo: nec conmisceat stirpez generis sui uulgo gentis sue: q̄ ego dñs q̄ sanctifico eum Locutusq est dñs ad moysen dicens. Loquere ad aaron. Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam nō offeret panes deo suo: nec accedet ad mīsteriū ei⁹. Si cec⁹ fuerit. si claudus. si uī paruo uel grandi ⁊ torto naso: si fracto pede si manu. si gibbus. si lippus. si albuginem habens in oculo. si iugez scabiem. si impetiginem in corpore. uel hernios⁹: omnis qui habuerit maculaz de semine aaron sacerdotis. non accedet offerre hostias dño nec panes deo suo. Uelsceť tamen panibus qui offerunť in sanctuario. ita dūtaxat. ut intra uelū non ingrediaťur. nec accedat ad altare qui maculaz habet: ⁊ contaminare non debet sanctuariū meū Ego dñs qui sanctifico eos. Locut⁹ est ergo moyses ad aaron ⁊ ad filios eius ⁊ ad omnem israel. cuncta que sibi fuerant imperata. Ca. XXII.

Locutusquoq est dñs ad moysenn dicens. Loquere ad aaron ⁊ ad filios ei⁹. ut caueant ab hijs que cōsecrata sunt filioꝝ israel: et non contaminēt nomen sanctificatoꝝ mihi. q̄ ipsi offerunt. Ego dñs. Dic ad eos: ⁊ ad posteros eoꝝ. Omnis homo qui accesserit de stirpe uestra ad ea que consecrata sunt. ⁊ que obtuleřt filij israel dño in quo est immūdicia: ꝑibit corā dño. Ego sum dñs. Hō de semīe aarō qui fuerit leprosus aut pacīes fluxū seminis: non uesceť de hijs q̄ sctificata sūt mihi: donec saneť. Qui tetigerit īmundū sup mortuo. ⁊ ex q̄ egrediť semen quasi coit⁹. ⁊ qui tāgit reptile ⁊ qōlibz īmundū c⁹ tact⁹ est sordidus. īmūdus erit usq ad uespez: ⁊ nō uesceť hijs q̄ sctificata sūt: sed cū lauerit carnē suam aqua ⁊ occubuerit sol. tūc mūdat⁹ uesceť de sanctificatis. q̄ cibus illi⁹ est. Morticinū ⁊ captū a bestia nō comedent: nec polluenť in eis. Ego sum dñs Custodiant p̄cepta mea. ut non subiaceant peccato ⁊ moriant in sanctuario cum

polluerint illud. Ego dñs: qui sanctifico eos. Omnis alienigena ñ comedet de sctīficatis Inquilin⁹ sacerdotis ⁊ mercēnari⁹ non vescent̄ ex eis. Quē aūt sacerdos emerit. et qui vernaculus dom⁹ ei⁹ fuerit: hij comedent ex eis. Si filia sac̄dotis cuilibet ex ꝓpl'o nupta fuerit: ꝺ hijs que sāctificata sunt ⁊ de p̄micijs ñ vescet̄. Sin aūt vidua vel repudiata et absq; liberis reuersa fuerit ad domū p̄ris sui: sic̄ puella ꝯsueuerat. alet̄ cib̄ p̄ris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis ñ hz potestatē. Qui comederit de sctīficatis ꝑ ignorantiā. addet quintam partē cū eo qꝺ comedit. ⁊ dabit sac̄doti in sctūariū. nec ꝯtāminabūt sctīficata filioꝝ israel que offerunt̄ dño: ne forte sustineāt iniquitatē delicti sui. cū sāctificata comederīt. Ego dñs: qui sctīfico eos. Locutusq; est dñs ad moÿsē dicēs Loquere ad aaron ⁊ filios ei⁹ ⁊ ad oēs filios israel: dicesq; ad eos Hō de domo israel ⁊ ꝺ aduenis qui hītant apud vos. qui obtulerit oblatōez suā vel vota soluēs vel spōte offerēs: quicquid illud obtulerit in olocaustū dñi vt offerat̄ per vos: masculus īmaculat⁹ erit ex bob⁹. ex ouib⁹ ⁊ ex capris. Si maculā habuerit nō offeretis: neq; erit acceptabile. Hō qui obtulerit victimā pacificoꝝ dño: vel vota soluens vel spōte offerens taz de bob⁹ q̄ de ouib⁹: īmaculatū offeret vt acceptabile sit Omīs macula ñ erit in eo. Si cecū fuerit. si fractū. si sicatricem hñs: si papulas aut scabiē. aut īpetiginē. nō offeretis ea dño: nec adolebitis ex eis sup altare dñi. Bouē ⁊ ouē aure ⁊ cauda amputatis volūtarie offerre potes: votū aūt ex hijs solui ñ potest. Omne aīal qꝺ vel ꝯtritis vel tūsis vel sectis. ablatisq; testiculis est non offeretis dño: ⁊ ī terra vrā hoc oīno ne faciatis. De manu alienigene non offeretis panes deo vr̄o. ⁊ quicquid aliud dare voluerīt: qꝛ corrupta ⁊ maculata sunt oīa: nō suscipietis ea. Locutusq; ē dñs ad moÿsen dicēs Bos ouis ⁊ cap̄. cū genita fuerint. septem dieb⁹ erūt sub vbere mr̄is sue: die aūt octauo ⁊ deinceps offerri poter̄t dño. Siue ille bos siue ouis non īmolabūt̄ vna die cū vetib⁹ suis Si īmolaueritis hostiā ꝑ grāꝝactōne dño vt possit eē placabilis: eodē die comedetis eam. Non remanebit quicq̄ in mane alteri⁹ diei. Ego dñs: Custodite mandata mea: ⁊ facite ea. Ego dñs. Ne polluatis ea nomen meū sanctū: vt sanctificer ī medio filioꝝ israel. Ego dñs. qui sanctifico vos: ⁊ eduxi ꝺ terra egipti. vt eēm vobis in deū Ego dñs.

¶ Ca. XXIII.

Locutusq; est dñs ad moÿsen dicēs Loquere filijs isrl̄: ⁊ dices ad eos. Hee sunt ferie dñi: quas vocabitis sanctas. Sex dieb⁹ facietis op⁹: dies septim⁹ qꝛ sabbati requies est: vocabit̄ sanct⁹. Omne op⁹ non facietis in eo. Sabbatum dñi est in cunctis habitatōib⁹ vr̄is Hee sūt ergo ferie dñi sctē: quas celebrare debetis tp̄ib⁹ suis. Mense p̄mo quartadecima die mensis ad vesperꝝ phase dñi est: ⁊ quintadecima die mensis hui⁹ solēnitas azimoꝝ dñi est. Septē dieb⁹ azima comedetis dies p̄m⁹ erit vobis celeberrim⁹ sctūsq;. Omne op⁹ seruile non facietis in eo: sed offeretis sacrificium in igne dño. septez dieb⁹. Dies autē septim⁹ erit celebrior ⁊ sanctior: nullumq; ꝑuile op⁹ facietis in eo. Locutusq; ē dñs ad moÿsen dicens. Loquere filijs israel: ⁊ dices ad eos. Cū ingressi fueritis terrā quam ego dabo vobis ⁊ messueritis segetem: feretis manipulos spicaꝝ p̄micias messis vr̄e ad sacerdotem Qui eleuabit fasciculum coram dño vt acceptabile sit pro vobis altera die sabbati: ⁊ sanctificabit illum. Atz in eodem die quo manipulus cōsecrat̄. cedet̄ agn⁹ immaculat⁹ anniculus in olocaustū domini: ⁊ libamēta offerent̄ cum eo due decime simile consperse oleo in incēsum dñi odoremq; suauissimū: liba q̄z vini. quarta pars hin. Panem ⁊ polentaz ⁊ pultes ñ comedetis ex segete: vsq; ad diē qua offeratis ex ea deo vr̄o Preceptum est sempiternū in generatōib⁹. cūctisq; habitaculis vr̄is Numerabitis ergo ab altero die sabbati in quo obtulistis manipulū p̄miciaꝝ septē ebdomadas plenas vsq; ad alterā diem explecōnis ebdomade septime id est quinquaginta dies: ⁊ sic offeretis sacrificium nouū dño. ex omīb⁹ habitaculis vr̄is. panes p̄miciaꝝ duos de duab⁹ decimis simile fermentate: quos coquetis ī p̄micias dñi. Offeretisq; cū panib⁹ septē agnos immaculatos anniculos: et vitulū de armento vnū. ⁊ arietes duos: ⁊ erūt in olocaustū cū libamentis suis in odorem suauissimū domino. Facietis ⁊ hircum pro peccato:

duosq; agnos āniculos hostias pacificoꝝ. Cūq; eleuauerit eos sacerdos cum panib⁹ ꝓmiciaꝝ coraꝫ dño: cedent in vsum ei⁹. Et vocabitis hūc diem celeberrimū atꝫ sctīssimū. Omne opus seruile non facietis ī eo Legittimū sempiternū erit in cunctis habitaculis ꝛ generatōnib⁹ vr̄is Postq̄ autē messueritis segetesꝫ terre vr̄e non secabitis eam vsq; ad solum: nec remanentes spicas colligetis: sed paupib⁹ ꝛ pegrīs dimittetis eas Ego sum dñs de⁹ vr̄. Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Loq̄re filijs isr̄l: mense septimo ꝓma die mensis erit vob⁹ sabbatū memoriale clangentib⁹ tubis: ꝛ vocabitur sanctū Omne opus seruile nō facietis in eo ꝛ offeretis olocaustū dño Locutusq; ē dñs ad moysen dicens. Decimo die mensis h⁹ septimi dies expiatōnum erit celeberrim⁹. ꝛ vocabīt sanctus: affligetisq; anīas vr̄as in eo ꝛ offeretis olocaustū dño Omne op⁹ seruile non facietis in tpe diei hui⁹ qꝛ dies ꝓpiciatōnis est: vt ꝓpicieī vobis dñs de⁹ vr̄. Omnis anima que afflicta non fuerit die hac pibit de pl̄is suis: ꝛ que opis quipiaꝝ fecerit: delebo eam de pl̄o suo. nihil ergo operis facietis in eo. Legittimū sempiternum erit vobis in cunctis generatōnibus ꝛ habitatōnib⁹ vr̄is. Sabbatū requietōnis est: ꝛ affligetis aīas vr̄as. Die nono mensis septimi. a vespero vsq; ad vesperꝫ celebrabitis sabbata vr̄a. Et locut⁹ est dñs ad moysen dicens. Loq̄re filijs isr̄l. A quintodecimo die mensis hui⁹ septimi erūt ferie tabernaculoꝝ septē diēb⁹ dño. Dies ꝑmus vocabīt celeberrim⁹ atꝫ sanctissim⁹. Omne opus seruile non facietis in eo: ꝛ septē diēb⁹ offeretis olocausta dño. Dies q̄z octauus erit celeberrim⁹ atꝫ sāctissim⁹: ꝛ offeretis olocaustum dño. Est enim cetus atꝫ collecte. Omne opus seruile non facietis in eo. Hec sunt ferie dñi quas vocabitis celeberrimas atꝫ sctissimas offeretisq; in eis oblatōnes dño. olocausta ꝛ libamenta iuxta ritum vniuscuiusq; diei: exceptis sabbatis dñi donisq; vestris. ꝛ que offertis ex voto vel que sponte tribuitis dño. A quintodecimo ergo die mensis septimi q̄n congregaueritis omnes fructus terre vr̄e celebrabitis ferias dñi septem diēb⁹. Die ꝑmo et die octauo erit sabbatum. i. requies. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcerrime spatulasq; palmaꝝ ꝛ ramos ligni densaꝝ frondium. ꝛ salices de torrente ꝛ letabimī corā dño deo vestro: celebrabitisq; solennitatem ei⁹ septem diēb⁹ p annū Legittimum sempiternum erit in generatōnib⁹ vestris. Mense septimo festa celebrabitis ꝛ habitabitis in vmbraculis septem diebus Omnis qui de genere ē israel manebit in tabernaculis: vt discant posteri vr̄i q̄ in tabernaculis habitare fecerim filios israel cū educerem eos de terra egipti Ego dominus deus vester. Locutusq; est moy-ses super solennitatibus domini ad filios israel.

¶ Ca. XXIIII.

Et locutus est dñs ad moysen dicēs. Precipe filijs israel: vt afferāt tibi oleum de oliuis purissimuꝫ ac lucidum ad concinandas lucernas iugiter extra velum testimonij: in tabernaculo federis. Ponetq; eas aaron a vespere vsq; ī mane coram dño: cultu rituq; perpetuo ī generatōnib⁹ vestris. Super candelabrum mundissimū ponent̄ semp in cōspectu dñi Accipies q̄z similam. ꝛ coques ex ea duodecim panes: qui singuli habebūt duas decimas. Quoꝝ senos altrinsecus sup mensam purissimam corā dño statues ꝛ pones super eos thus lucidissimū: vt sit panis in monimentū oblatōnis dño. Per singula sabbata mutabunt̄ coram dño. suscepti a filijs israel federe sempiterno: erītq; aaron ꝛ filioꝝ ei⁹ vt comedant eos ī loco sctō: qꝛ sanctū sctōꝝ est de sacrificijs dñi iure perpetuo. Ecce autez egressus filius mulieris israelitidis quē pepat de viro egiptō inter filios israel: iurgatus est in castris cū viro israelitē. Cunq; blasphemasset nomen dñi ꝛ maledixisset ei: adductus est ad moysen. Vocabat̄ autem mater ei⁹ salumith filia dabri: de tribu dan. Miserūtq; eum in carcere rē. donec nossent quid iuberet dñs. Qui locut⁹ est ad moysen dicens. Educ blasphemū extra castra: ꝛ ponant oēs qui audierūt man⁹ suas sup caput ei⁹. ꝛ lapidet eū pl̄us vniuersus: ꝛ ad filios israel loq̄ris. Homo qui maledixerit deo suo portabit pēm suū ꝛ qui blasphemauerit nomen dñi. morte moriat̄. Lapidibus opprimet eum omnis multitudo pl̄i Sive ille ciuis seu pegrin⁹ fuerit: qui blasphemauerit nomē dñi morte moriat̄ Qui percusserit ꝛ occiderit hoīem

morte moriat̃ Qui percusserit aĩal reddat vicarium. i. animam pro aĩa. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuiũ suoꝝ: sicut fecit. sic fiet ei. Fracturã ꝑ fractura: oculũ ꝑ oculo: dentem ꝑ dente restituet. Qualeꝫ inflixerit maculã. talẽ sustinere coget̃ Qui ꝑcusserit iumentũ. reddat aliud. Qui percusserit hoĩem. puniet̃. Equũ iudiciũ sit ĩter vos. siue ꝑegrin⁹ siue ciuis peccauerit: qꝛ ego sum dñs de⁹ vr̃. Locutusqꝫ ẽ moÿses ad filios isrl̃: ⁊ eduxer̃t eũ qui blasphemauerat extra castra: ac lapidibꝫ oꝑpresserũt. Fecer̃tqꝫ filij isrl̃: sic̃ precepat dñs moÿsi.

Locutusqꝫ est dñs ad. ¶ Ca. XXV moÿsen in monte sÿnai dicẽs. Loquere filijs isrl̃ ⁊ dices ad eos. Qñ ingressi fueritis terrã quam ego dabo vobis: sabbatizate sabbatũ dño. Sex annis seres agꝝ tuũ: ⁊ sex annis putabis vineaꝫ tuam colligesqꝫ fruct⁹ ei⁹. Septimo autẽꝫ anno sabbatũ erit terre. requietõnis dñi. Agꝝ nõ seres ⁊ vineam nõ putabis. Que sponte gignet hum⁹ non metes: ⁊ vuas ꝑmiciaꝝ tuaꝝ non colliges quasi vindemiã Ann⁹ enim requietõis terre est. Sꝫ erunt vob̃ in cibũ: tibi ⁊ ꝑuo tuo. ancille ⁊ mercẽnario tuo ⁊ aduene qui ꝑegrinat̃ apud te. Iumẽtis tuis ⁊ pecoribꝫ oĩa que nascunt̃ prebebunt cibũ. Numerabis q̃ꝫ tibi septem ebdomadas annoꝝ. i. sepcies septẽ. que simul faciunt quadragintanouẽ: ⁊ clanges bucina mense septimo decima die mensis ꝓpiciatõnis tꝑe in vniuersa terra vrã. Sãctificabisqꝫ annũ quinquagesimum: ⁊ vocabis remissionẽ cunctis habitatoribꝫ terre tue. Ipse est enim iubile⁹. Reuertet̃ hõ ad possessionem suam: et vnusquisqꝫ rediet ad familiã ꝑstinam: qꝛ iubile⁹ est ⁊ quĩquagesim⁹ ann⁹. Non seretis atꝫ metetis: sponte in agro nascentia. ⁊ ꝑmicias vindemie non colligetis ob sctĩficatõeꝫ iubilei. sed statim ablata comedetis. Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas. Qñ vendes quiꝑpiam ciui tuo. vel emes ab eo. ne contristes frẽm tuum. sed iuxta numeꝝ annoꝝ iubilei emes ab eo: et iuxta suꝑputatõeꝫ frugũ vendet tibi. Qñto plus anni remanserint post iubileum. tanto crescet ⁊ preciũ: quantomin⁹ tꝑis numeraueris: tãtomĩoris ⁊ emptõ ꝯstabit. Tẽp⁹ enĩ frugũ vẽdet tibi Nolite affligere ꝯtribules vr̃os: sꝫ tĩeat vnusquisqꝫ deũ suũ: qꝛ ego dñs de⁹ vr̃. Facite ꝑcepta mea. ⁊ iuditia custodite ⁊ ĩplete ea vt hĩtare possitis in terra absqꝫ vllo pauore. ⁊ gignat vobis hum⁹ fructus suos quibꝫ vescimini vsqꝫ ad saturitatem: nulli⁹ impetũ formidantes. Qd̃si dixeritis quid comedem⁹ anno septĩo si ñ seuerim⁹ neqꝫ colligerim⁹ fruges nrãs: dabo bñdictõem meam vob̃ anno sexto. ⁊ faciet fruct⁹ trium annoꝝ: seretisqꝫ anno octauo. ⁊ comedetis veteres fruges vsqꝫ ad nonum annum. Donec noua nascant̃ edetis vetera. Terra q̃ꝫ non vendet̃ imꝑpetuũ qꝛ mea est: ⁊ vos aduene ⁊ coloni mei estis. Unde cuncta regio possessionis vr̃e sub redẽptionis conditõne vendet̃. Si attenuat⁹ frater tu⁹ vendiderit possessiunculam suam: ⁊ voluerit ꝓpinqu⁹ ei⁹ potest redimere quod ille vendiderat. Sin autem non habuerit ꝓximuꝫ. ⁊ ipe ꝑcium ad redimendũ potuerit inuenire: conputabunt̃ fructus ex eo tꝑe q̃ vendidit. ⁊ qd̃ reliquũ est reddat emptori: sicqꝫ recipiet possessionẽ suam. Qd̃si non inuenerit man⁹ ei⁹ vt reddat ꝑcium: habebit emptor qd̃ emerat vsqꝫ ad annum iubileũ. In ipo enim oĩs venditõ redit ad dñm. ⁊ ad possessoreꝫ ꝑstinũ Qui vendiderit domũ intravrb̃ muros: habebit licentiam redimendi donec vn⁹ impleat̃ ann⁹ Si non redemerit ⁊ anni circulus fuerit euolut⁹: emptor possidebit eã. ⁊ posteri ei⁹ imperpetuũ: ⁊ redemi ñ poterit ⁊ iaꝫ in iubileo. Sin aũt in villa fuerit dom⁹ que muros nõ hꝫ: agroꝝ iure vendet̃. Si añ redẽpta nõ fuerit: in iubileo reuertet̃ ad dñm Edes leuitaꝝ quoniã in vrbibꝫ sunt: semꝑ possent redemi. Si redempte non fuerint. in iubileo reuertent̃ ad dños: qꝛ dom⁹ vrbiũ leuitaꝝ ꝑ possessionibꝫ sunt ĩter filios isrl̃. Suburbana aũt eoꝝ non venient: qꝛ possessio sempiterna ẽ Si attenuat⁹ fuerit fr̃ tu⁹ ⁊ infirm⁹ manu. ⁊ susceperis eũ q̃si aduenam ⁊ ꝑegrinũ ⁊ vixerit tecũ: ne accipias vsuras ab eo: nec ampliusq̃ dedisti. Time deuꝫ tuũ: vt viuere possit frater tu⁹ apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram: et frugum suꝑabundantiam non exiges. Ego dñs deus vester qui eduxi vos de terra egipti. vt darem vobis terrã chanaan: ⁊ essem vester deus. Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus.

non eum oppimes seruitute famulop: sed
q̃si mercennarius ⁊ colonus erit. Vsq; ad
annum iubileũ opabit apud te: ⁊ postea e-
gredietᷣ cũ liberis suis: ⁊ reuertᷣ ad cog̃-
tõnem ⁊ ad possessionem patp suop. Mei
enim sui sunt: ⁊ ego eduxi eos ỏ terra egi
pti. Non venient conditõne suop Ne affli
gas eum p potentiaz: sed metuito deũ tuũ
Seru⁹ ⁊ ancilla sint vobis de natõib q̃ in
circuitu võ sunt. ⁊ de aduenis qui pegri-
nantᷣ apud vos: vel qui ex bijs nati fuerit
in terra vrã vos habebitis famulos: ⁊ he-
reditario iure transmittetis ad posteros:
ac possidebitis inetern̄ũ. fratres aũt võs
filios israel. ne oppimatis p potentiaz Si
inualuerit apud vos man⁹ aduene atz pe-
grini. ⁊ attenuat⁹ frater tu⁹ vendiderit se
ei. aut cuiq; de stirpe eius: post venditõem
potest redimi. Qui voluerit ex frib suis
redimet eum: ⁊ patru⁹ ⁊ patruelis ⁊ ꝓsan-
guine⁹ ⁊ affimis. Sin aũt ⁊ ipe potuerit.
redimet se. supputatis dũtaxat annis a tpe
venditõnis sue vsq; in annum iubileum: ⁊
pecunia qua vendit⁹ fuerat iuxta annop
nume. ⁊ rõne mercennarij supputata. Si
plures fuerint anni qui remanent vsq; ad
iubileum. fm hos reddet ⁊ pcium: si pauci
ponet rõem cum eo iuxta annop nume
⁊ reddet emptori qỏ reliquũ est. ãnop qui-
bus ante fuiuit mercedib imputatis. Nõ
affliget eũ violenter in cõspectu tuo. Qỏsi
p hec redimi non potuerit: anno iubileo
egredietᷣ cum liberis suis. Mei enim sunt
serui filij israel: quos eduxi de terra egipti
Ego dñs deus vester. Ca. XXVI.

Non facietis vobis ydolum ⁊ scul-
ptile: nec titulos erigetis nec insi-
gnem lapidez ponetis in terra vrã
vt adoretis eum. Ego enim sum dñs deus
vester Custodite sabbata mea ⁊ pauete ad
sanctuariũ meum. Ego dominus. Si in
preceptis meis ambulaueritis ⁊ mandata
mea custodieritis ⁊ feceritis ea: dabo vob
pluuias temporibus suis. Et terra gignet
germen suum: ⁊ pomis arbores replebũ-
tur. Apprehẽdet messium tritura vindemi-
am ⁊ vindemia occupabit sementẽ: ⁊ come
detis panem vm̃ in saturitate: ⁊ absq; pa-
uore habitabitis in terra vrã. Dabo pacez
in finib vestris: dormietis: ⁊ non erit qui
exterreat. Auferaz malas bestias: ⁊ gladi⁹
non transibit terminos vestros. Persequi
mini inimicos võs: ⁊ corruent coraz vob
Persequntur quinq; de vñis: centũ alienos
⁊ centũ de vobis decem milia. Cadent ini-
mici vñi gladio in conspectu võ. Respiciã
vos ⁊ crescere faciam: multiplicabimini: ⁊
firmabo pactũ meũ vobiscũ Comedetis ve
tustissima veterp: ⁊ vetera nouis supueni-
entib picietis. Ponam tabnaculũ meum
in medio vñi: ⁊ non abiciet vos aĩa mea.
Ambulabo inter vos. ⁊ ero vñ deus: vosq;
eritis pl'us me⁹ Ego dñs de⁹ vñ. qui eduxi
vos de terra egiptiop ne fuiretis eis ⁊ qui
confregi cathenas ceruicũ vrãp vt incede-
retis erecti. Qỏsi non audieritis me. nec
feceritis oĩa mandata mea sed sprueritis
leges meas ⁊ iudicia mea ꝓtempseritis vt
non faciatis ea q̃ a me constituta sunt. et
ad irritũ pducatis pactũ meũ: ego q̃z hec
faciam vobis. Visitabo vos velociter in e-
gestate ⁊ ardore qui conficiat oculos võs
⁊ consumat aĩas vrãs. Frustra seretis se-
mentẽ: que ab hostib deuorabiᷣ. Ponam
faciem meam ꝓtra vos. ⁊ corruetis coram
hostib vñis: ⁊ subiciemini hijs qui oderũt
vos Fugietis nemine psequnte Sin aũ nec
sic obedieritis mihi. addam correptõnes
vrãs septuplum ꝓpter pcã vrã: ⁊ conteraz
superbiam duricie vre. Daboq; vobis celum
desup sicut ferp: ⁊ terraz eneã. Consumeᷣ
in cassum labor vñ: nõ pferet terra germẽ:
nec arbores poma pbebũt. Si ambulaue-
ritis ex aduerso mihi. nec volueritis audi
re me. addam plagas vrãs vsq; in septu-
plũ ꝓpter pcã vrã. Emittãq; in vos besti-
as agri q̃ ꝑsumant vos ⁊ pecora vrã. ⁊ ad
paucitatez cuncta redigant. deserteq; fient
vie vre. Qỏsi nec sic volueritis recipe disci-
plinã sed ambulaueritis ex aduerso mihi
ego q̃z ꝓtra vos aduersus incedam ⁊ pcu-
ciam vos septies ꝓpter pcã vrã: inducãq;
sup vos gladiũ vltorem federis mei. Cunq;
confugeritis in vrbes mittã pestilentiaz i
medio vñi: ⁊ trademini in manib hostium
postq; cõfregero bacculũ panis vñi. ita vt
decẽ mlieres in vno clibano coq̃nt panes
⁊ reddant eos ad põdus: ⁊ comedetis ⁊ nõ
saturabimi. Sin aũt nec p hec audieritis
me. sed ambulaueritis ꝓtra me: ⁊ ego ice-
dam aduersus vos in furore ꝓtrario ⁊ cor
ripiam vos septẽ plagis ꝓpter pcã vestra.

ita vt comedatis carnes filioꝝ vr̃oꝝ ⁊ filiaꝝ vr̃aꝝ. Destruã excelsa vr̃ā ⁊ simulacra confrīgam. Cadetis inter ruinas ydoloꝝ vr̃oꝝ. ⁊ abominabit vos aīa mea: intantū vt vrbes vr̃as redigam in solitudinē. ⁊ deserta faciam sanctuaria vr̃ā. nec recipiam vltra odorem suauissimū. dispdamq; terrā vr̃ām: ⁊ stupebunt sup ea inimici vr̃i cū habitatoꝛes illi⁹ fuerint. Vos aūt dispgam in gētes. ⁊ euaginabo post vos gladiū: eritq; terra vr̃ā deserta: ⁊ ciuitates dirute. Tunc placebunt terre sabbata sua cunctis diebꝫ solitudinis sue: qñ fuerītis in terra hostili Sabbatizabit ⁊ requiescet in sabbatis solitudinis sue: eoq; ñ requieuerit in sabbatis vr̃is: qñ habitabatis ī ea Et qui de vob remanserint dabo pauorē in cordibꝫ eoꝝ. in regionibꝫ hostiū Terrebit eos sonit⁹ folij volantis: ⁊ ita fugiēt quasi gladiū. Cadent nullo seq̃nte: ⁊ coꝛruent singuli super frēs suos. quasi bella fugiētes. Nemo vr̃m inimicis audebit resistere. Peribitis inter gentes: ⁊ hostilis vos terra ꝯsumet Qd̃si ⁊ de hijs aliqui remāserīt. tabescēt in iniquitatibꝫ suis in terra inimicoꝝ suoꝝ: ⁊ ꝓpter pcta patꝝ suoꝝ ⁊ sua affligent̃. donec cōfitēant̃ iniquitates suas ⁊ malaꝝ suoꝝ recoꝛdent̃ quibꝫ ꝓuaricati sunt in me: ⁊ ambulauerī ex aduerso mihi. ambulabo igit̃ ⁊ ego ꝓtra eos: ⁊ inducam illos in terram hostilem donec erubescat incircūcisa mēs eoꝝ Tūc orabūt ꝓ impietatibꝫ eoꝝ: ⁊ recoꝛdabor federis mei: qd̃ pepigi cū iacob. ysaac ⁊ abraam. Terre q̃z memoꝛe ero: que cū relicta fuerit ab eis cōplacebit sibi in sabbatis suis: paciens solitudinem ꝓpter illos Ipsi vero rogabūt ꝓ pctis suis: eoq; abiecerint iudicia mea ⁊ leges meas despexerīt Attamen etiaz cū eēnt in terra hostili. nō penit⁹ abieci eos: neq; sic despexi vt ꝯsumerent̃ ⁊ irritū facerē pactū meū cū eis. Ego eniz sum dñs de⁹ eoꝝ: ⁊ recoꝛdabor federis mei ꝑstini: qñ eduxi eos de terra egipti in conspectu gentiū vt eēm de⁹ eoꝝ. Ego dñs de⁹ Hec sūt iudicia atz ꝑcepta ⁊ leges quas dedit dñs inter se ⁊ inter filios isrl̃ in mōte syna: ꝑ manū moysi. Ca. XXVII

Locutusq; est dñs ad moysen dicēs Loq̃re filijs israel: ⁊ dices ad eos. Hō qui votum fecerit ⁊ spoponderit deo aīam suaz. sub estimatōne dabit ꝑcium. Si fuerit masculus a vicesimo āno vsq; ad sexagesimū annū dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuraz sctūarij: si mulier: triginta. A quīto aūt anno vsq; ad vicesimū masculus dabit vigīti siclos: femina decem. Ab vno mēse vsq; ad annū quintū ꝑ masculo dabunt̃ quinq; sicli: ꝑ femina tres. Sexagenari⁹ ⁊ vltra masc⁹ dabit quindecī siclos: femīa decē. Si paup fuerit ⁊ estimatōez reddere nō valebit: stabit corā sacerdote: ⁊ quantū ille estimauerit ⁊ viderit eū posse reddere. tantū dabit. Animal aūt qd̃ īmolari potest dño si quis vouerit sanctū erit ⁊ mutari ñ poterit. i. nec meli⁹ malo: nec pei⁹ bono. Qd̃si mutauerit: ⁊ ipm qd̃ mutatū est. ⁊ illud ꝓ quo mutatum est consectum erit dño. Animal immundū quod immolari dño non ꝑt si quis vouerit adducet̃ ante sacerdotē: qui dijudicās vtz bonū an malum sit. statuet ꝑciuz. Quodsi dare voluerit is qui offert. addet sup̃ estimatōem quītā ptē. Hō si vouerit domum suam ⁊ sanctificauerit dño: considerabit eā sacerdos vtz bona an mala sit: ⁊ iuxta ꝑcium qd̃ ab eo fuerit ꝯstitutum venūdabit̃. Sin aūt ille qui voluerat voluerit redimere eaz dabit quintaz ptem estimatōis sup̃: ⁊ habebit domū. Qd̃si agꝝ possessionis sue vouerit ⁊ consecuerit dño iuxta mensurā sementis estimabit̃ preciū. Si triginta modijs oꝛdei seriť terra: quinquaginta siclis venundet̃ argenti. Si statī ab anno incipiētis iubilei vouerit agꝝ quanto valere ꝑt: tanto estīabit̃. Sin aūt p⁹ aliquantū tpis: supputabit sacdos pecuniam iuxta ānoꝝ qui reliqui sunt numeꝝ vsq; ad iubileū: ⁊ detrahet̃ ex ꝑcio. Qd̃si voluerit redimere agꝝ ille q̃ vouerat. addet quintaz ptem estīatē pecunie: ⁊ possidebit eam. Sin aūt voluerit redimere: sz alteri cuilibz fuerit venūdat⁹. vltra eū qui vouerat redīere ñ poterit: qz cū iubilei venerit dies sctificat⁹ erit dño: ⁊ possessio cōsecta ad ius ptinet sacerdotum. Si ager empt⁹ est ⁊ ñ de possessiōe maioꝝ sctificat⁹ fuerit dño: supputabit sacerdos iuxta annoꝝ numeꝝ vsq; ad iubileū preciū: ⁊ dabit ille qui vouerat eū dño In iubileo aūt reuertet̃ ad ꝓrem dñm qui vendiderat eū: ⁊ habuerat in sorte possessionis sue. Omnis estimatio siclo sanctuarij ponderabitnr. Siclus vi-

viginti obulos habet. Primogenita q̄ ad deum ptinēt nemo sanctificare poterit et vouere Siue bos siue ouis fuerit: dñi sūt Qđsi immundū est aīal. redimet qui obtulit iuxta estimatōez suam: ⁊ addet quintā ptem precij. Si redimere noluerit vendet alteri: q̄ntocūq; fuerit añ estimatū. Omne qđ dño ꝓsecrtur siue hō fuerit siue aīal. siue ager ñ vēdet: nec redimi poterit quicquid semel fuerit ꝓsecratū. Sanctū sctōz erit dño. Et oīs consectio q̄ offert ab hoīe nō redimet: sed morte morietur. Omnes decime terre siue đ pomis arboz siue đ frugibo dñi sunt: ⁊ illi sanctificant. Si quis aūt voluerit redimere decimas suas: addet quintam ptem eaz oīm decimaz. Boues ⁊ oues ⁊ capre q̄ sub pastoris virga trāseunt: quicquid decimū venerit sāctificabit dño. Non eliget nec bonū nec malum: nec altero cōmutabit. Si quis mutauerit: et qđ mutatū est ⁊ pro quo mutatū est sanctificabit dño: ⁊ non redimet. Hec sunt pcepta q̄ mandauit dñs moysi ad filios isrl: in monte synai.

Explicit liber leuiticus. Incipit Thaiedaber quem nos numeri dicimus. Ca. pmum.

Locutusq; est dominus ad moysenn in deserto synai in tabernaculo federis: prima die mensis secundi anno altero egressionis eorum ex egipto dicens. Tolle summam vniuerse congregationis filiorum israel per cognationes ⁊ domos suas. ⁊ nomina singulorum. quicquid sexus est masculini a vicesimo anno ⁊ sup. omnium virorum fortium ex israel ⁊ numerabitis eas p turmas suas tu ⁊ aaron. Eruntq; vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis quorum ista sunt nomina. De tribu ruben: elysur filius sedeur. De tribu symeon: salamihel filius surisaddai. De tribu iuda: naasonn filius amminadab. De tribu ysachar: nathanael filius suar. De tribu zabalon: eliab filius helon. Filiorum autem ioseph de tribu ephraim: elisama filius ammiud De tribu manasse: gamalihel filius phadassur. De tribu beniamin: abidan filius gedeonis. De tribu dann: abiezer filius amisaddai. De tribu aser: phegiel filius ochrann. De tribu gad: eliasaph filius duel. De tribu neptalim: ahira filiꝰ enan. Hij nobilissimi pncipes multitudīs p tribo ⁊ cognationes suas. ⁊ capita exercituꝫ isrl: qs tulerūt moyses ⁊ aaron cū omni vulgi multitudine: ⁊ congregauert pmo die mēsis scđi recensentes eos p cogtiones ⁊ domos ac familias ⁊ capita ⁊ noīa singulorz a vicesimo āno ⁊ sup: sicut pcepat dñs moysi. Numeratiq; sunt in deserto synai de rubenn pmogenito isrlis p generatōes ⁊ familias ac domos suas ⁊ noīa capitū singulorz. oē qđ sexus ē masculini a vicesimo āno ⁊ sup pcedentiū ad belluz. quadragintasexmilia quingenti. De filijs symeon p generatōes ⁊ familias ac domos cogtionū suaz recensiti sūt p noīa ⁊ capita singulorz. omne qđ sexꝰ est masculini a vicesimo āno ⁊ sup. pcedētium ad bellū. quinq̄gintanouēmilia trecenti. De filijs gad p generatōes ⁊ familias ac domos cogtionū suaz. recēsiti sūt p noīa singulorz a vigīti annis ⁊ sup oēs qui ad bella pcederent: q̄dragintaquinq; milia sexcenti quinq̄ginta. De filijs iuda p generatōes ⁊ familias ac domos cogtionū suaz p noīa singulorz a vicesimo anno ⁊ sup. omnes q̄ potērāt ad bella pcedere recensiti sūt: septuagintaq̄tuormilia sexcēti De filijs isachar p generatōnes ⁊ familias ac domos cogtionū suaz p noīa singlorz a vicesimo anno ⁊ sup omnes qui ad bella pcederent recēsiti sunt: quinq̄gintaq̄tuormilia quadringēti. De filijs zabulon p generatōnes ⁊ familias ac domos cogtionū suaz recensiti sunt p noīa singulorz a vicesimo anno ⁊ sup. omnes qui potērāt ad bella pcedere: quīquagintaseptēmilia quadringenti. De filijs ioseph filioz ephraim p generatōes ⁊ familias ac domos cogtionū suaz recensiti sunt p noīa singulorz a vicesimo anno ⁊ sup. omnes qui potērant ad bella pcedere: quadragintamilia quingenti. Porro filioz manasse p generatōes ⁊ familias ac domos cogtionū suaz recensiti sunt p noīa singulorz a viginti ānis ⁊ sup. omnes qui potērant ad bella pcedere trigintaduomilia ducenti. De filijs beniamin p generatōnes et familias ac domos

cōnationum suaꝝ recensiti sunt nomīb⁹ singulorꝝ a vicesimo anno ⁊ supꝝ. omēs qui otērant ad bella ꝓcedere: trigintaquinqꝫ milia quadringenti. De filijs dan ꝑ generatōes ⁊ familias ac domos cogtionū suaꝝ recensiti sunt noīb⁹ singlorꝝ a vicesimo anno ⁊ supꝝ. oēs qui potērāt ad bella ꝓcedere: sexagintaduomilia septingēti. De filijs aser per generatōnes ⁊ familias ac domos cogtionū suaꝝ recensiti sunt ꝑ noīa singulorꝝ a vicesimo āno ⁊ supꝝ. oēs qui potērāt ad bella ꝓcedere: quadragītamilia ⁊ mille quīgenti. De filijs neptalim ꝑ generatōes ⁊ familias ac domos cogtionū suaꝝ recēsiti sunt noīb⁹ singlorꝝ a vicesimo anno ⁊ supꝝ. oēs qui potērant ad bella ꝓcedere quīquagītatriamilia quadringenti. Hij sunt qs numeraueṙt moyses ⁊ aaron ⁊ duodecī ꝓncipes isrl. singulos ꝑ domos cogtionū suaꝝ: fuitqꝫ oīs numerus filiorꝝ israel per domos ⁊ familias suas a vicesimo anno et supꝝ qui potērāt ad bella ꝓcedere: sexcentatriamilia virorꝝ quīgenti quīquagīta. Leuite aūt in tribub familiaꝝ suaꝝ non sunt numerati cū eis. Locutusqꝫ ē dñs ad moysen dicens Tribū leui noli numerare: neqꝫ pones sūmaꝫ eorꝝ cū filijs isrl: sed ꝓstitues eos sup tabnaculū testimonij Cuncta vasa ei⁹ ⁊ quicquid ad ceremonias ꝑtinet ipsi portabunt: tabnaculum ⁊ omnia vtensilia ei⁹: ⁊ eṙt in ministerio ac ꝑ giꝝ tabnaculi metabūṫ castra. Cū proficiscendū fuerit deponunt leuite tabernaculum cū castrametanda erigent. Quisquis externoꝝ accesserit occidēṫ. Metabuntur autem castra filij israel vnusquisqꝫ per turmas ⁊ cuneos atꝫ exercitum suū: porro leuite per giꝝ tabernaculi figent tentoria ne fiat indīgtio super multitudinem filiorꝝ israel: et excubabunt in custodijs tabernaculi testimonij. Feceṙt ergo filij israel iuxta omnia q̄ ꝓcepat dñs moysi. Ca. II.

Locutusqꝫ est dñs ad moysen ⁊ aaron dicens. Singuli ꝑ turmas signa atꝫ vexilla ⁊ domos cogtionū suaꝝ castrametabunṫ filiorꝝ israel: ꝑ giꝝ tabernaculi federis. Ad orientem iudas figet tentoria ꝑ turmas exercitus sui: eritqꝫ ꝓnceps filiorꝝ ei⁹ naason fili⁹ āminadab: ⁊ omnis de stirpe eius summa pugnancium septuagintaq̄tuormilia sexcentorꝝ. Juxta eum castrametati sunt de tribu issachar. q̄rum ꝓnceps fuit nathanael fili⁹ suar ⁊ oīs numer⁹ pugnatorꝝ quinquagintaq̄tuormilia quadringenti. In tribu zabulon ꝓnceps fuit heliab fili⁹ helon: omnisqꝫ de stirpe ei⁹ exercit⁹ pugnatorꝝ quinquagintasexmilia quadringenti. Uniuersi qui in castris iude adnumerati sunt. fuerunt centumoctogintasexmilia quadringenti ⁊ per turmas suas ꝓmi egredient. In castris filiorꝝ ruben ad meridianaꝫ plagam erit ꝓnceps elisur fili⁹ sedeur: ⁊ cunct⁹ exercitus pugnatorꝝ ei⁹ qui numerati sunt q̄dragintasexmilia quingenti. Juxta eū castrametati sūt de tribu symeon: quoꝝ ꝓnceps fuit salamihel filius surisaddai: ⁊ cunct⁹ exercitus eius pugnatorꝝ qui numerati sunt quinquagintanouēmilia trecenti. In tribu gad ꝓnceps fuit elisaph fili⁹ duel: ⁊ cūctus exercit⁹ pugnatorꝝ ei⁹ qui numerati sunt quadragintaquīqꝫmilia sexcenti quīquaginta. Omnes qui recensiti sunt in castris ruben. centumquinquagintamilia et mille q̄dringēti quinq̄ginta: ꝑ turmas suas in scdo loco ꝓficiscent. Leuabiṫ aūt tabernaculū testimonij per officia leuitaꝝ ⁊ turmas eorꝝ. Quomodo erigeṫ: ita ⁊ deponeṫ. Singuli ꝑ loca ⁊ ordines suos proficiscentur. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorꝝ ephraim: quoꝝ ꝓnceps fuit helisama filius ammiud Cunctus exercit⁹ pugnatorꝝ ei⁹ qui numerati sunt: quadragintamilia quingenti. Et cū eis tribus filiorꝝ manasse. quoꝝ ꝓnceps fuit gamaliel fili⁹ phadassur. cunctusqꝫ exercit⁹ pugnatorꝝ ei⁹ qui numerati sūt. trigintaduomilia ducenti. In tribu filiorꝝ beniamin ꝓnceps fuit abidan filius gedeonis: ⁊ cunctus exercitus pugnatorꝝ eius qui recensiti sunt: trigintaquinqꝫmilia quadringenti Omnes qui numerati sunt in castris ephraim centumoctomilia centū: ꝑ turmas suas tercij ꝓficiscent. Ad aquilonis ꝑtem castrametati sunt filij dan: quoꝝ ꝓnceps fuit abieser fili⁹ amisaddai. Cunct⁹ exercitus pug̃torꝝ eius qui numerati sunt: sexagintaduomilia septingenti. Juxta eum figere tentoria de tribu aser: quoꝝ princeps fuit phegiel fili⁹ ochran. cunct⁹ exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt: q̄draginta

milia et mille quingenti. De tribu filioꝝ neptalim princeps fuit abira filius enan. Cunctus exercit⁹ puḡtoꝝ ei⁹ quinquagintatriamilia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris dan. fuerṫ centumquinquagintaseptemmilia. sexcenti: ⁊ nouissimi pficiscenṫ. Hic numer⁹ filioꝝ isrl̇ p domos coḡtionū suaꝝ ⁊ turmas diuisi exercit⁹: sexcentatriamilia quingenti quinquaginta. Leuite aūt nō sunt numerati inter filios isrl̇. Sic enim p̄cepat dñs moysi Fecerūtq; filij israel iuxta omnia que mādauerat dñs. Castrametati sunt p turmas suas. ⁊ profecti p familias ac domos p̄m suorum.

Ca. III.

Hec sunt generatōes aaron ⁊ moysi in die qua locut⁹ est dñs ad moysen in monte sy̓nai: ⁊ hec nomina filioꝝ aaron. Primogenit⁹ ei⁹ nadab: deinde abiu ⁊ eleazar ⁊ ythamar Hec nomina filioꝝ aaron sacerdotum qui uncti sunt: et quoꝝ repletę ⁊ consecṫe sunt manus ut sacerdotio fungerentur. Mortui sunt enim nadab ⁊ abiu cum offerent ignem alienuꝫ in conspectu dñi in deserto sy̓nai absq; liberis: functiq; sunt sac̄dotio eleazar ⁊ ythamar coraꝫ aaron p̄e suo Locutusq; ē dñs ad moysen dicens. Applica tribum leui. et fac stare in conspectu aaron sacerdotis ut mīstrent ei ⁊ excubent ⁊ obs̄uēt quicquid ad cultū ptinet multitudinis coraꝫ tabernaculo testimonij: ⁊ custodiant vasa tabernaculi. Fuientes in ministerio eius. Dabisq; dono leuitas aaron ⁊ filijs ei⁹ quib⁹ traditi sunt a filijs israel aaron aūt et filios ei⁹ constitues sup cultum sacerdocij. Extern⁹ qui ad ministrādum accesserit morieṫ Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Ego tuli leuitas israel pro omni p̄mogenito qui aperit vuluam in filijs israel: erūtq; leuite mei. Meum est enim omne p̄mogenitum. Ex quo p̄cussi p̄mogenitos ī terra egipti: sanctificaui mihi quicquid p̄mum nascit̄ in israel. Ab hoīe usq; ad pecus mei sunt. Ego dñs. Locutusq; est dñs ad moysen in deserto sy̓nai dicens. Numera filios leui per dom⁹ p̄m suoꝝ ⁊ familias: oēm masculū ab vno mense ⁊ sup̄. Numerauit moyses vt p̄cepat dñs: ⁊ inuenti sunt filij leui per nomīa sua. gerson ⁊ caath ⁊ merari. Filij gerson: lebni ⁊ semei. Filij caath: āram et iessaar. hebron ⁊ oziel Filij merari: moli ⁊ musi De gerson fuere familie due. lomitica ⁊ sebmeitica. quaꝝ numerat⁹ est p̄s sexus masculini ab vno mense ⁊ sup̄. sexc̄ milia quīḡtoꝝ Hij post tabnaculū castrametabunṫ ad occidentem sub p̄ncipe eliasaph filio lael: ⁊ habebunt excubias in tabernaculo federis. ipm tabernaculum et opimentum eius. tentoriū quod trabiṫ añ fores tecti federis ⁊ cortinas atrij: tentorium q̄z quod appendiṫ in introitu atrij tabernaculi. ⁊ quicquid ad ritū altaris ptinet: funes tabernaculi ⁊ omnia utensilia ei⁹. Cognatio caath habebit p̄los. amramitas ⁊ iessaaritas ⁊ hebronitas ⁊ ozielitas. Hec sunt familie caatithaꝝ. recensiti p nomina sua: omnes generis masculini ab vno mēse ⁊ sup̄. octo milia sexcenti: habebunt excubias sanctuarij. ⁊ castrametabunṫ ad meridianam plagam. Princepsq; eoꝝ erit elizaphan fili⁹ oziel: ⁊ custodient archam mensamq; ⁊ candelabꝝ. altaria et vasa sanctuarij in quib⁹ ministrañ ⁊ velū. cunctāq; huiuscemodi suppellectilē. Princeps autē p̄ncipum leuitaꝝ eleazar filius aaron sacerdotis erit sup excubitores custodie sanctuarij. Ituero de merari erunt p̄lī moolite ⁊ musite recensiti p nomina sua: omnes generis masculini ab vno mēse ⁊ sup̄. sex milia ducenti. Princeps eoꝝ suriel fili⁹ abiael: in plaga septentrionali castrametabunṫ. Erunt sub custodia eoꝝ tabule tabernaculi ⁊ vectes ⁊ columne ac bases eaꝝ. ⁊ omnia que ad cultū huiuscemodi ptinent: columneq; atrij p circuituꝫ cum basib⁹ suis: ⁊ paxilli cū funib⁹ Castrametabunṫ ante tabernaculum federis. i. ad orientalem plagam. moyses ⁊ aaron cū filijs suis: hītes custodiam sanctuarij in medio filioꝝ israel. Quisquis alien⁹ accesserit. morieṫ. Omnes leuite quos numerauerunt moyses ⁊ aaron iuxta preceptum domini p familias suas in genere masculino a mense vno ⁊ sup̄: fuerunt viginti duo milia. Et ait domin⁹ ad moysen. Numera p̄mogenitos sex⁹ masculini de filijs israel ab vno mense ⁊ sup̄: ⁊ habebis summam eoꝝ. Tollesq; leuitas mihi: p omni p̄mogenito filioꝝ israel. Ego sum domin⁹ ⁊ pecora eoꝝ pro vniuersis primogenitis pecoꝝ filiorum israel. Recensuit moyses

sicut precepat dñs ꝑmogenitos filioꝝ ísrl̃: ⁊ fuerꝫ masculi ꝑ noīa sua a mense vno et supᵖ vigintiduo milia ducenti septuagīta tres. Locutusqꝫ est dñs ad moysen. Tolle leuitas ꝑ ꝑmogenitis filioꝝ ísrael ⁊ pecora leuitaꝝ pro pecoribꝫ eoꝝ: erũtqꝫ leuitæ mei. Ego sum dñs. In ꝓcio aũt ducentoꝝ septuagintatriũ qui excedunt numeꝝ leuitaꝝ. de primogenitis filioꝝ ísrael accipies quinqꝫ siclos ꝑ singula capita: ad mensuram sanctuarij. Siclus habet viginti obulos. Dabisqꝫ pecuniaꝫ aaron ⁊ filijs eius: preciũqꝫ eoꝝ qui supᵖ sunt. Tulit igr̃ moy ses pecuniam eoꝝ qui fuerant amplⁱ⁹ ⁊ q̃s redemerat a leuitis pro ꝑmogenitis filioꝝ ísrael mille trecentoꝝ sexagintaquinqꝫ siclo iuxta pondus sanctuarij: ⁊ dedit eaꝫ aaron ⁊ filijs eiⁱ⁹ iuxta ꝟbum quod ꝓceperat sibi dñs.

Ca. IIII.

Locutusqꝫ est dñs ad moysen ⁊ aaron dicens. Tolle summam filioꝝ caath de medio leuitaꝝ ꝑ domos ⁊ familias suas a tricesimo anno ⁊ supra vsqꝫ ad quinquagesimum annũ: omnium qui ingrediunt̃ vt stent ⁊ ministrent ī tabernaculo federis. Hic ē cultⁱ⁹ filioꝝ caath Tabernaculum federis ⁊ sanctũ sanctoꝝ ingredient̃ aaron ⁊ filij eiⁱ⁹ quando mouẽda sunt castra: ⁊ deponent velũ quod pendet ante fores. inuoluentqꝫ eo archaꝫ testimonij ⁊ opient rursum velamine iacinctinaꝝ pellium. extendentqꝫ desupᵖ palliũ totum iacinctinũ. ⁊ inducent vectes. Mensam q̃ꝫ ꝓpositōis inuoluent iacinctino pallio ⁊ ponent cũ ea thuribula ⁊ mortariola sciathos ⁊ cratheras ad liba fundenda ꝓ a nes semp in ea erunt. Extendentqꝫ desuper palliũ coccinũ quod rursum opient velamento iacīctinaꝝ pelliũ ⁊ inducēt vectes. Sument ⁊ pallium iacinctinũ quo opient candelabꝝ cũ lucernis ⁊ forcipibus suis. ⁊ emunctoꝝijs. ⁊ cunctis vasis olei q̃ ad ꝓcīnandas lucernas neccia sunt: ⁊ supᵖ omnia ponent opimentũ iacinctinaꝝ pelliũ ⁊ inducent vectes. Necnon ⁊ altare aureũ inuoluent iacinctino vestimento: ⁊ extendēt desupᵖ opimentũ iacinctinaꝝ pelliũ: inducētqꝫ vectes. Omnia vasa quibꝫ ministrant̃ in sanctuario inuoluent iacinctino pallio ⁊ extendent desupᵖ opimentũ iacinctinaꝝ pelliũ: inducentqꝫ vectes. Sꝫ ⁊ altare mũdabũt cinere. ⁊ inuoluent illud purpureo vestimento: ponentqꝫ cũ eo oīa vasa quibꝫ in mīsterio eiⁱ⁹ vtunt̃. i. igniũ receptacula fuscinulas ac tridentes uncios ⁊ batilla. Cũcta vasa altaris opient simul velamīe iacinctinaꝝ pelliũ: ⁊ inducēt vectes. Cũqꝫ inuoluerint aaron ⁊ filij eiⁱ⁹ sanctuariũ ⁊ oīa vasa eiⁱ⁹ in ꝓmotōne castroꝝ: tunc intrabunt filij caath vt portant inuoluta: et non tangant vasa sanctuarij ne moriant̃. Ista sunt onera filioꝝ caath in tabnaculo federis sup quos erit eleazar filiⁱ⁹ aaron sacerdotis. ad cuiⁱ⁹ ptinet curã oleũ ad concīnandas lucnas ⁊ ꝓpositōnis incensum et sacrificiũ qd̃ semp offert̃ ⁊ oleũ unctōnis ⁊ quicquid ad cultũ tabnaculi ptīet: oīmqꝫ vasoꝝ q̃ in sanctuario sunt. Locutusqꝫ est dñs ad moysen ⁊ aaron dicens. Nolite pdere ꝑ plm caath de medio leuitaꝝ: sed hoc facite eis vt viuant: ⁊ non moriant̃ si tetigerint sancta sanctoꝝ. Aaron ⁊ filij eiⁱ⁹ intrabunt: ipsiqꝫ disponent opa singuloꝝ: et diuidēt quid portare quis debeat. Alij nulla curiositate videant q̃ sunt in sanctuario ꝑusq̃ ꝫ iuoluant̃: alioq̃n moriēt̃. Locutusqꝫ est dñs ad moysen dicens. Tolle summam etiaꝫ filioꝝ gerson ꝑ domos ac familias ⁊ cogtiones suas a triginta annis ⁊ supᵖ vsqꝫ ad annos quinq̃ginta. Numera oēs. qui ingrediunt̃ ⁊ ministrāt in tabnaculo federis. Hoc est officiũ familie gersonitaꝝ: ut portent cortinas tabnaculi ⁊ tectũ federis opimentũ aliud. ⁊ supᵖ oīa velamen iacinctinũ: tentoriũqꝫ qd̃ pendet in introitu tabnaculi federis. cortinas atrij ⁊ velũ in introitu qd̃ est ante tabnaculũ. Omnia q̃ ad altare ptinēt funiculos ⁊ vasa mīsterij iubēte aaron ⁊ filijs eiⁱ⁹ portabũt filij gerson ⁊ scient singuli cui debeant opi mancipari Hic est cultⁱ⁹ familie gersonitaꝝ in tabnaculo federis. Erũtqꝫ sub manu ithamar filij aaron sacdotis. Filios q̃ꝫ merari ꝑ familias ⁊ domos pr̃m suoꝝ recensēb a triginta annis ⁊ supᵖ vsqꝫ ad annos quinq̃gīta: omnes qui ingrediunt̃ ad officiũ mīsterij sui ⁊ cultũ federis testimonij. Hec sunt onera eoꝝ. Portabũt tabulas tabnaculi ⁊ vectes eiⁱ⁹ colũnas ⁊ bases eaꝝ: colũnas q̃ꝫ atrij per circuitum cum basibꝫ ⁊ paxillis ⁊ funibꝫ suis. Omnia vasa ⁊ supellectilem ad numeꝝ accipient: sicqꝫ portabunt. Hoc

est officium familie meraritaꝝ ⁊ ministe-
riũ in tabernaculo federis erũtqꝫ sub manu
ithamar filij aaron sacerdotis. Recensuert
igit moyses ⁊ aaron ⁊ principes synagoge
filios caath p cogtiones ⁊ domos patrum
suoꝝ a triginta annis ⁊ sup vsqꝫ ad annũ
quinquagesimũ. omes qui ingrediunt ad
ministeriũ tabernaculi federis: ⁊ inuenti sũt
duo milia septingenti quinquaginta . Hic
est numer⁹ ꝑli caath: qui intrant tabna-
culum federis. Hos numerauit moyses et
aaron iuxta ꝓmonem dñi p manũ moysi.
Numerati sunt et filij gerson p cogtiones
⁊ domos patꝝ suoꝝ a trigita annis ⁊ sup
vsqꝫ ad quiquagesimũ annum omnes qui
ingrediunt vt ministrent in tabernaculo fe-
deris: ⁊ inuẽti sunt duo milia sexcenti tri-
ginta. Hic est ꝑlus gersonitaꝝ: quos nu-
merauert moyses ⁊ aaron iuxta uerbum dñi
Numerati sunt et filij merari p cogtiones
⁊ domos patꝝ suoꝝ a triginta annis ⁊ su-
pra vsqꝫ ad annũ quinquagesimũ omnes
qui ingrediunt ad explendos rit⁹ tabna-
culi federis ⁊ inuẽti sunt tria milia ducẽti
Hic est numer⁹ filioꝝ merari: quos recen-
suert moyses ⁊ aaron iuxta imperiũ dñi p
manum moysi. Omnes qui recensiti sunt
de leuitis ⁊ quos fecit ad nomen moyses ⁊
aaron ⁊ ꝓncipes israel per cogtiones ⁊ do
mos patꝝ suoꝝ a triginta annis ⁊ sup vs-
qꝫ ad annũ quinquagesimũ ingredientes
ad ministerium tabernaculi ⁊ onera por-
tanda: fuerunt simul octo milia quingen-
ti octoginta. iuxta verbum dñi recensuit
eos moyses vnumquenqꝫ iuxta officium
⁊ onera sua: sicut ꝓcepat dñs. ¶ Ca. V.

LOcutusqꝫ est dñs ad moysen dicẽs
Precipe filijs israel: vt eiciant de
castris omnem leprosum ⁊ qui se-
mine fluit pollutusqꝫ est sup mortuo. Taꝫ
masculum ꝙ̃ feminam eicite de castris: ne
contaminent ea cum habitauerint vo-
biscum Feceruntqꝫ ita filij israel: ⁊ eiecert
eos extra castra sicut locut⁹ erat dñs moy
si. Locutusqꝫ est dñs ad moysen dicens.
Loquere ad filios israel. Vir siue mulier
cum fecerint ex omnib⁹ peccatis que solẽt
hominibus accidere. ⁊ per negligentiam
transgressi fuerint mandatum dñi atꝫ de-
liqrint confitebunt peccatũ suũ: ⁊ reddent
ipsum caput quintamqꝫ ptem desup ei in
quez peccauerint Sin aũt non fuerit qui
recipiat dabunt dño ⁊ erit sacerdotis: ex-
cepto ariete qui offert ꝓ expiatõne vt sit
placabilis hostia. Omnes q̃ꝫ ꝓmicie quas
offerent filij israel ad sacerdotem ptinent
⁊ quicquid in sanctuarium offert a singu
lis. ⁊ tradit manib⁹ sacerdotis ipsi⁹ erit.
Locutus est dñs ad moysen dicens. Loqre
ad filios israel: ⁊ dices ad eos. Vir cuius
uxor errauerit maritumqꝫ ptemnẽs. dor-
mierit cum altero viro. ⁊ hoc marit⁹ tẽp-
hendere non quiuerit sed latet adulteriũ.
⁊ testib⁹ argui non potest qꝛ non est inuẽ-
ta in stupro: si spũs zelotipie concitauerit
viꝝ contra uxorem suam q̃ vel polluta est
vel falsa suspitione appetitur. adducit eam
ad sacerdotẽ: ⁊ offeret oblatõem ꝓ illa de-
cimam ptem sati farine ordeacee. Nõ fun-
det sup eam oleũ nec imponent thus. qꝛ sa-
crificiũ zelotipie est: ⁊ oblatõ inuestigans
adulteriũ. Offeret igr̃ eam sacerdos ⁊ sta-
tuet corã dño: assumetqꝫ aquaꝫ sanctã in
vase victili ⁊ pauxillũ terre de pauimento
tabernaculi mittet in eaꝫ. Cũqꝫ stetert mu-
lier in ꝓspectu dñi discooperiet caput ei⁹:
⁊ ponet sup man⁹ illi⁹ sacrificiũ recorda-
tõis ⁊ oblatõem zelotipie. Ipe aũt tenebit
aquas amarissimas. in quas cũ exectione
maledicta ꝓgessit: adiurabitqꝫ eam ⁊ dicet
Si non dormiuit vir alienus tecũ ⁊ si non
polluta es desto mariti thoro: non te no-
cebũt aque iste amarissime in quas male-
dicta ꝓgessi Sin aũt declinasti a viro tuo
atꝫ polluta es. ⁊ cõcubuisti cũ altero: hijs
maledictõib⁹ subiacebis. Det te dñs ĩ ma-
ledictõem exemplũqꝫ cunctoꝝ in ꝑlo suo.
Putrescere faciat femur tuum: ⁊ tumens
uter⁹ dirumpat. Ingrediant aque male-
dicte in ventrem tuũ: ⁊ utero tumescente
putrescat femur Et rñdebit mulier Amẽ.
amen. Scribetqꝫ sacerdos in libello ista
maledicta: ⁊ delebit ea aquis amarissimis
in quas maledicta congessit: ⁊ dabit ei bi-
bere. Quas cũ exhauserit. tollet sacerdos
de manu ei⁹ sacrificiũ zelotipie. ⁊ eleuabit
illud corã dño ĩponitqꝫ illd̃ sup altare: ita
dũtaxat vt pu⁹ pugillũ sacrificij tollat de eo
qd̃ offert̃ ⁊ incendat sup altare: ⁊ sic potũ
det mulieri aquas amarissimas. Quas cuꝫ
biberit. si polluta est ⁊ ꝓtẽpto viro adulte
rij rea. ptrãsibunt eam aq̃ maledictõnis. ⁊

inflato ventre computrescet femur: eritq3 mulier in maledictõez ⁊ in exemplũ omni ꝑplo. Qđsi polluta nõ fuerit erit innoxia: ⁊ faciet liberos. Ista ẽ lex zelotipie. Si declinauerit mlier a viro suo ⁊si polluta fuerit: maritusq3 zelotipie spũ ꝯcitat⁹ adduxerit eam in conspectu dñi. ⁊ fecerit ei sacerdos iuxta omnia que scp̃ta sunt. marit⁹ absq3 culpa erit: ⁊ illa recipiet iniquitatem suam.

¶ Ca. VI.

Locut⁹ est dñs ad moÿsenn dicens. Loquere ad filios israel ⁊ dices ad eos. Vir siue mulier cum fecerint votũ vt sãctificent̃. ⁊ se voluerint dño cõsecrare: a vino ⁊ omne qđ inebriare potest abstinebunt Acetum ex vino ⁊ ex qualibet alia potõne: ⁊ quicquid de vua exp̃mit̃ nõ bibent: vuas recentes siccasq3 non comedent cunctis diebꝫ quibꝫ ex voto dño consec̃ntur: quicquid ex vinea esse potest ab vua passa vsq3 ad acinum non comedent. omni tpe sepatõis sue nouacula non trãsibit ꝑ caput ei⁹: vsq3 ad conpletum diem q̊ dño ꝯsecrat̃ sanctus erit. crescente cesarie capitis ei⁹ Omni tpe consec̃tionis sue sup mortuum nõ ingredieť: nec super patris quidem ⁊ mr̃is ⁊ fr̃is sororisq3 funere contaminabit̃: qꝛ consec̃tio dei sui sup caput ei⁹ est. Omnibꝫ diebꝫ sepatõnis sue sanctus erit dño. Sin autem mortu⁹ fuerit subito quispiam coraz eo. pollueť caput ꝯsec̃tionis ei⁹: qđ radet illico ⁊ in eadem die purgatõnis sue. ⁊ rursum septima. In octauo aũt die offeret duos turtures vl̃ duos pullos colũbe sacerdoti in ĩtroitu federis testimonij. facietq3 sacerdos vnũ pro pctõ. ⁊ alteꝝ in olocaustũ: ⁊ dep̃cabit̃ pro eo quia peccauit sup mortuo sanctificabitq3 caput ei⁹ in die illo. ⁊ consecrabit dño dies separatõis illius. offerens agnum anniculum ꝑ peccato: ita tñ vt dies p̃ores irriti fiãt: quoniam polluta est sanctificatõ ei⁹. Ista est lex consecratõis. Cũ dies quos ex voto decreuerat complebunt̃. adducet eum ad ostium tabernaculi federis: vt offeret oblatõem ei⁹. dño agnum anniculum immaculatũ in olocaustum. ⁊ ouem anniculam immaculatam ꝑ peccato. ⁊ arietem immaculatũ hostiam pacificaz: canistꝝ q̊z panũ azimoꝝ qui conspersi sunt oleo. ⁊ lagana absq3 fermẽto vncta oleo ac libamina singuloꝝ: que offeret sacerdos coraz domino ⁊ faciet tam pro peccato q̃ in olocaustum Arietẽ vero immolabit hostiam pacificaz domino: offerens simul canistrum azimorum ⁊ libamenta que ex more debent̃ Tũc radet̃ nazareus ante ostium tabernaculi federis cesarie cõsecratõis sue: tolletq3 capillos ei⁹ ⁊ ponet sup ignem qui est suppositus sacrifitõ pacificoꝝ. ⁊ armum coctum arietis tortamq3 absq3 fermento vnam de canistro. ⁊ laganum azimoꝝ vnum. ⁊ tradet in manibꝫ nazarei postq̃ rasum fuerit caput ei⁹. susceptaq3 rursum ab eo eleuabit in cõspectu dñi. ⁊ sanctificata sacerdotis erũt. sicut pectusculũ qđ separi iussum est ⁊ femur. Post hec potest bibere nazare⁹ vinum. Ista est lex nazarei cũ vouerit oblatõem suam dño tpe consec̃tionis sue: exceptis hijs que inuenerit man⁹ ei⁹ Iuxta qđ mente deuouerat: ita faciet ad ꝑfectõez sanctificatõis sue. Locut⁹ est dñs ad moÿsen dicens. Loquere aaron ⁊ filijs ei⁹. Sic benedicetis filijs israel ⁊ dicetis eis. Benedicat tibi dominus: ⁊ custodiat te. Ostendat domin⁹ faciem suam tibi: ⁊ misereat̃ tui. Conuertat domin⁹ vultum suum ad te: ⁊ det tibi pacem. Inuocabunt nomen meum super filios israel: ⁊ ego benedicam eis.

¶ Ca. VII.

Factum est aũt in die q̃ compleuit moÿses tabernaculũ ⁊ erexit illud vnxitq3 ⁊ sanctificauit cũ omnibꝫ vasis suis altare similiter ⁊ omĩa vasa ei⁹ obtulerũt p̃nceps israel ⁊ capita familiaꝝ qui erant per singulas tribus prefecti eoꝝ qui numerati fuerant munera coram domino. sex plaustra tecta cum duodecim bobꝫ. Vnum plaustrum obtulere duo duces. ⁊ vnum bouem singuli: obtuleruntq3 ea in conspectu tabernaculi. Ait autẽ dominus ad moÿsen. Suscipe ab eis vt seruiant in ministerio tabernaculi: ⁊ trades ea leuitis iuxta ordinẽ ministerij sui. Itaq3 cũ suscepisset moÿses plaustra ⁊ boues. tradidit eos leuitis. Duo plaustra ⁊ q̃tuor boues dedit filijs gerson. iuxta id qđ habebant necessarium: quatuor alia plaustra ⁊ octo boues dedit filijs merari ſm officia ⁊ cultum suum. sub manu ithamar filij aaron sacerdotis. Filijs aũt caath nõ dedit plaustra ⁊ boues: qꝛ in sanctuario ſuiunt

ꝛ onera ꝑtijs portant humeris. Igiꝫ obtuleꝛt duces in dedicatõez altaris. die qua vnctũ est oblatõez suã ante altare ꝺixitqꝫ dñs ad moyſen. Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicatõez altaris. Prio die obtulit oblatõez suam naason filiꝰ ãminadab de tribu iuda: fueꝛtqꝫ in ea acetabulũ argenteum. pondo centũ triginta ſiclorꝫ. fiala argẽtea hñs septuaginta ſiclos iuxta põdus ſanctuarij. vtꝛqꝫ plenũ ſimila cõſperſa oleo ī ſacꝛificiũ: moꝛtariolũ aureũ appendẽs decem ſiclos plenũ incenſo: bouẽ de armento ꝛ arietẽ ꝛ agnũ anniculũ in olocauſtũ hircũqꝫ ꝑ pctõ: ꝛ in ſacꝛificio pacificorꝫ boues duos. arietes quinqꝫ: hircos quĩqꝫ: agnos ãniculos quĩqꝫ. Hec ẽ oblatio naaſon filij ãminadab. Secõo die obtulit nathanael filius ſuar duꝛ de tribu ỹſachar. acetabulũ argenteũ appẽdens cẽtũ triginta ſiclos. fialã argenteã hñtem ſeptuagĩta ſiclos iuxta pondus ſanctuarij. vtꝛqꝫ plenũ ſimila ꝯſperſa oleo ī ſacꝛificiũ. moꝛtariolũ aureũ hñs decem ſiclos plenũ incenſo: bouẽ de armento ꝛ arietẽ ꝛ agnuz ãniculũ in olocauſtũ hircũqꝫ ꝑ pctõ: et in ſacꝛificium pacificorꝫ boues duos. arietes quĩqꝫ. hircos quĩqꝫ: agnos ãniculos quĩqꝫ Hec fuit oblacõ nathanael filij ſuar. Tercõ die ꝓnceps filiorꝫ zabulon heliab filius helon obtulit acetabulũ argẽteũ appendẽs centumtriginta ſiclos. fialam argenteam hñtem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij. vtꝛqꝫ plenũ ſimila ꝯſperſa oleo in ſacꝛificiũ: moꝛtariolũ aureũ appendẽs decem ſiclos plenũ incenſo: bouẽ de armento ꝛ arietẽ ꝛ agnũ anniculũ in olocauſtuz hircũqꝫ ꝑ pctõ ꝛ in ſacꝛificõ pacificorꝫ boues duos. arietes quinqꝫ. hircos quĩqꝫ. agnos ãniculos quinqꝫ Hec ẽ oblacõ heliab filij helon. Die quarto ꝓnceps filiorꝫ rubẽ eliſur filiꝰ ſedeur. obtulit acetabulũ argenteũ appendens centumtriginta ſiclos. fialã argenteã hñtez ſeptuagĩta ſiclos ad põdꝰ ſanctuarij. vtꝛqꝫ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacꝛificiũ: moꝛtariolũ aureũ appẽdens decem ſiclos plenũ incenſo: bouem ꝛ arietẽ ꝛ agnũ anniculũ in olocauſtũ. hircũqꝫ ꝑ pctõ ꝛ in ſacꝛificõ pacificorꝫ boues duos arietes quinqꝫ. hircos quinqꝫ. agnos anniculos quinqꝫ. Hec fuit oblatio heliſur filij ſedeur. Die quinto ꝓnceps filiorꝫ ſy-

meon ſalamihel filius ſuriſaddaỹ. obtulit acetabulũ argenteum appendens centumtriginta ſiclos. fialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij. vtꝛqꝫ plenum ſimila conſperſa oleo ī ſacꝛificium. moꝛtariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento ꝛ arietem ꝛ agnum anniculuz in olocauſtum. hircumqꝫ ꝓ pctõ ꝛ in hoſtias pacificorꝫ boues duos. arietes quinqꝫ: hircos quinqꝫ. agnos anniculos quĩqꝫ. Hec fuit oblatio ſalamiel filij ſuriſaddaỹ. Die ſexto ꝓnceps filiorꝫ gadheliaſaph filius duel. obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos. fialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij. vtrumqꝫ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacꝛificium: moꝛtariolum aureũ appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento ꝛ arietẽ. ꝛ agnum anniculum in olocauſtum. hircumqꝫ ꝓ peccato: ꝛ in hoſtias pacificorꝫ boues duos. arietes quinqꝫ. hircos quĩqꝫ. agnos anniculos quinqꝫ. Hec fuit oblatio heliaſaph. filij duel. Die ſeptimo ꝓnceps ephraim. eliſama filiꝰ ammiud. obtulit acetabulum argenteum appendens centũtriginta ſiclos. fialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij. vtꝛqꝫ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacꝛificium: moꝛtariolum aureum appendẽs decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento. ꝛ arietem. ꝛ agnum anniculum in olocauſtum. hircũqꝫ ꝓ pctõ: ꝛ in hoſtias pacificorꝫ boues duos. arietes quinqꝫ. hircos quinqꝫ. agnos anniculos quinqꝫ Hec fuit oblatio eliſama. filij ãmiud. Die octauo ꝓnceps filiorum manaſſe gamaliel filius phadaſſur. obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos. fialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij. vtꝛqꝫ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacꝛificium: moꝛtariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento. ꝛ arietem. ꝛ agnum anniculum in olocauſtum. hircumqꝫ ꝓ peccato: et in hoſtias pacificorum boues duos. arietes quinqꝫ. hircos quinqꝫ. agnos anniculos quinqꝫ. Hec fuit oblatõ gamaliel filij phadaſſur. Die nono õnceps filiorꝫ beniamin

abidan filiꝰ gedeonis. obtulit acetabulum argenteũ appendens centũtriginta siclos. fialam argenteaꝫ hñtem siclos ad pondus sãctuarij. vtrꝝqꝫ plenũ simila conspsa oleo in sacrificiũ: mortariolũ aureũ appendens decem siclos plenũ incenso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ ⁊ agnum anniculũ in olocaustũ hircũqꝫ ꝓ pctõ ⁊ ĩ hostias pacificoꝝ boues duos. arietes quinqꝫ. hircos quĩqꝫ: agnos anniculos quinqꝫ. Hec fuit oblatio abidaꝫ filij gedeonis. Die decĩo p̃nceps filioꝝ dan abiezer filiꝰ amisaddai. obtulit acetabulũ argenteũ appendens centũtriginta siclos. fialam argẽteaꝫ hñtem septuaginta siclos ad pondus sctũarij. vtrꝝqꝫ plenũ simila cõspersa oleo in sacrificiũ: mortariolũ aureum appendens decem siclos plenũ incenso: bouem de armento ⁊ arietẽ ⁊ agnũ anniculum in olocaustũ hircũqꝫ ꝓ pctõ: ⁊ in hostias pacificoꝝ boues duos. arietes quinqꝫ. hircos quinqꝫ. agnos anniculos quinqꝫ. hec fuit oblatõ abiezer filij amisaddai Die vndecĩo p̃nceps filioꝝ aser phagaihel filiꝰ ochran obtulit acetabulũ argenteũ appendens centũtriginta siclos. fialam argenteam hñtez septuagĩta siclos ad põdus sctũarij. vtrꝝqꝫ plenũ simila ꝯspersa oleo in sacrificiũ: mortariolũ aureũ appendens decẽ siclos plenũ incenso: bouem de armento: ⁊ arietẽ ⁊ agnũ anniculũ in olocaustũ hircũqꝫ ꝓ pctõ: ⁊ in hostias pacificoꝝ boues duos. arietes quinqꝫ. hircos quĩqꝫ. agnos ãniculos quĩqꝫ. Hec fuit oblatõ phagaihel filij ochran. Die duodecimo p̃nceps filioꝝ neptalim ahira filiꝰ henan. obtulit acetabulũ argenteũ appendẽs centũtriginta siclos. fialam argenteam hñtem septuagĩta siclos ad põdus sctũarij. vtrꝝqꝫ plenũ simila ꝯspsa oleo in sacrificiũ: mortariolũ aureũ appendens decem siclos plenũ incenso: bouem de armento ⁊ arietẽ ⁊ agnũ anniculũ in olocaustũ hircũqꝫ ꝓ pctõ ⁊ in hostias pacificoꝝ boues duos. arietes quinqꝫ. hircos quĩqꝫ. agnos ãniculos quĩqꝫ. Hec fuit oblatõ ahira filij henan. Hec in dedicatõne altaris oblata sũt a p̃ncipibꝫ isrl' in die q̃ consecr̃tum ẽ: acetabula argẽtea duodecĩ. fiale argentee. duodecim. ita vt centũtrigĩta argenti siclos hr̃et vnum acetabulum. ⁊ septuagĩta siclos vna fiala. i. in ꝯmune vasoꝝ omnium ex argento. sicli duo milia quadringenti pondere sanctuarij: mortariola aurea duodecim plena incẽso. denos siclos appendentia pondere sanctuarij. i. simul auri sicli centumuiginti: boues d armẽto in olocaustũ duodecim. arietes duodecim agni ãniculi duodecim ⁊ libamenta eoꝝ: hirci duodecim. pro peccato: ĩ hostias pacificoꝝ boues vigintiquatuor. arietes sexagĩta. hirci sexaginta. agni ãniculi sexagĩta. Hec oblata sunt in dedicatõne altaris. quando vnctum est. Cunqꝫ ingrederet̃ moyses tabernaculum federis vt consuleret oraculum: audiebat vocem loquentis ad se de ꝓpiciatorio. quod erat super archã testimonij. inter duos cherubim. vñ ⁊ loquebat̃ ei.

¶ Ca. VIII.

Locutus est dñs ad moysen dicens Loquere aaron: ⁊ dices ad eum. Cum posueris septem lucernas: candelabrum in australi parte erigat̃ Hoc igit̃ precipe vt lucerne contra boream e regione ꝯspiciant ad mensam panũ ꝓpositõnis: contra eaꝫ ꝑtem quam candelabruꝫ respicit lucere debebunt. Fecitqꝫ aaron: ⁊ imposuit lucernas sup candelabꝝ vt p̃ceperat dñs moysi Hec aũt erat factura candelabri: ex auro ductili tam medius stipes q̃ cũcta que ex vtroqꝫ calamoꝝ latere nascebãt̃ Juxta exemplũ qd oñdit dñs moysi: ita opatꝰ est candelabꝝ. Et locutus est dñs ad moysen dicẽs Tolle leuitas ex medio filioꝝ isrl' ⁊ purificabis eos iuxta hũc ritũ. Aspergant̃ aqua lustratõis: ⁊ radant omnes pilos carnis sue. Cũqꝫ lauerint vestimenta sua ⁊ mũdati fuerint: tollant bouem de armentis ⁊ libamentũ eius. similã oleo ꝯspsa: bouez aut alteꝝ de armento tu accipies pro pctõ ⁊ applicabis leuitas corã tabnaclo federis. ꝯuocato omni mltitudine filioꝝ isrl'. Cũqꝫ leuite fuerint corã dño ponent filij isrl' manꝰ suas sup eos: ⁊ offeret aaron leuitas munꝰ in ꝯspectu dñi a filijs isrl': vt ꝑuiant in mĩsterio eiꝰ. Leuite q̃ꝫ ponent manꝰ suas sup capita boum: e quibꝫ vnũ faciẽs ꝓ pctõ. ⁊ alteꝝ in olocaustum dñi: vt dep̃ceris ꝓ eis. Statuesqꝫ leuitas in ꝯspectu aaron ⁊ filioꝝ eiꝰ ⁊ ꝯsecr̃bis oblatos dño: ac separabis de medio filioꝝ israel vt sint mei: ⁊ postea ingrediant̃ tabernaculũ federis. vt seruiant mihi Sicqꝫ purificabis ⁊ consecr̃bis eos in oblatõnem

dñi: quoniam bona donati sunt mihi a filijs isrl'. Pro pmogenitis que aperiũt oẽm vuluam in israel accepi eos Mea sunt enĩ oĩa pmogenita filioꝝ isrl': tam ex hoĩbꝫ q̃ ex iumentis. Ex die quo pcussi omne pmogenitũ in terra egipti. sctificaui eos mihi et tuli leuitas p cũctis pmogenitis filioꝝ israel. tradidiqꝫ eos dono aaroꝫ ꝛ filijs eiꝰ de medio pli. vt fuiant mihi p isrl' in tabernaculo federis: ꝛ orẽt pro eis ne sit in plo plaga. si ausi fuerint accedere ad sctũariũ. Feceꝛtqꝫ moyses ꝛ aaroꝫ ꝛ oĩs multitudo filioꝛuꝫ israel super leuitis que preceperat dñs moysi: purificatiqꝫ sunt ꝛ lauerꝛt vestimenta sua. Eleuauitqꝫ eos aaron in ꝓspectu dñi et orauit pro eis: vt purificati ingrederenꝛ ad officia sua in tabernaculum federis corã aaron ꝛ filijs eiꝰ Sicut pcepe rat dñs moysi de leuitis: ita factũ est. Locutꝰ est dñs ad moysen dicens. Hec est lex leuitaꝝ. A vigintiquinqꝫ ãnis ꝛ supꝰ ingredienꝛ: vt ministrẽt in tabernaculo federis Cũqꝫ quinquagesimũ annũ etatis impleuerint. Fuire cessabũt: eruntqꝫ mĩstri frm suoꝝ in tabernaculo federis. vt custodiãt que sibi fuerint ꝓmendata: opera aũt ipa nõ faciant. Sic dispones leuitas in custodijs suis. ¶ Ca. IX.

Locutꝰ est dñs ad moysen in deserto synai. anno scdo postq̃ egressi sũt de terra egipti. mense pmo dicens. Faciant filij isrl' phase in tẽpore suo. quartadecĩa die mensis huiꝰ ad vesperã: iuxta omnes ceremonias ꝛ iustificatões eiꝰ Pre cepitqꝫ moyses filijs isrl': vt facerẽt phase Qui fecerũt tẽpore suo quartadecĩa die mẽsis advesperã in mõte synai: iuxta oĩa que mãdauerat dñs moysi feceꝛt filij isrl'. Ecce aũt quidã immũdi super aĩa hoĩs. qui nõ poterãt facere phase in die illo: accedentes ad moysen ꝛ aaron. dixerꝛ eis. Immundi sumꝰ super aĩa hoĩs: quare fraudamur vt non valeamus offerre oblatõnem dño. in tẽpore suo ĩter filos isrl': Quibꝫ rñdit moyses. Statæ: vt ꝓsulam quid pcipiat dñs de vob. Locutusqꝫ est dñs ad moysen dicens. Loquere filijs israel. Hõ qui fuerit immũdus super aĩa: siue in via pcul in gẽte vrã. faciat phase dño in mẽse scdo quartadecĩa die mẽsis ad vesperã: cũ azimis et lactucis agrestibꝫ comedẽt illud Non relinquent ex eo quippiam vsqꝫ mane ꝛ os eiꝰ non confrigẽt oẽm ritũ phase obꝛuabũt. Si quis aũt ꝛ mũdus ẽ ꝛ in itinere ñ fuit . ꝛtamen non fecit phase. extermĩabiꝛ aĩa illa de populis suis. qꝛ sacꝛficiũ dño ñ obtulit tẽpore suo. Pctm suum ipe portabit. Peregrinꝰ quoqꝫ et aduena si fuerĩt apd vos: facient phase dño iuxta ceremonias ꝛ iustificatões nes suas. Preceptũ idẽ erat apud vos tam aduene q̃ indigene ꝰ Jgr̃ die qua erectũ est tabnaculũ operuit illud nubes. A vespera aũt super tẽtoriũ erat quasi spẽs ignis vsqꝫ ad mane. Sic fiebat iugiter. Per diem operiebat illud nubes: ꝛ per noctem quasi spẽs ignis. Cũqꝫ ablata fuisset nubes que tabnaculũ pegebat. tũc pficiscebanꝛ filij israel: ꝛ ĩ loco vbi stetisset nubes ibi castra metabãꝛ. Ad ĩperiũ dñi pficiscebãꝛ: et ad ĩperiũ illiꝰ figebãt tabnaculũ Cũctis diebꝫ quibꝫ stabat nubes super tabnaculũ manebãt in eodẽ loco. etsi eueniꝛet vt multo tẽpore maneret super illud. erãt filij israel in excubijs dñi: ꝛ nõ pficiscebanꝛ quotquot diebꝫ fuisset nubes super tabnaculũ. Ad ĩperiũ dñi erigebãt tẽtoria: ꝛ ad imperium illiꝰ deponebãt. Si fuisset nubes a vespere vsqꝫ ad mane. et statĩ diluculo tabnaculũ reliquisset pficiscebanꝛ. ꝛsi pꝰ diez ꝛ noctẽ recessisset. dissipabant tẽtoria. Si vero biduo aut vno mense vel lõgioꝛi tẽpore fuisset super tabnaculũ. manebant filij israel ĩ eodem loco. ꝛ non pficiscebanꝛ: statĩ autez vt recessisset mouebant castra. Per verbũ dñi figebant tẽtoria. ꝛ per ũbũ illiꝰ pficiscebanꝛ: erãtqꝫ in excubijs dñi iuxta imperiũ eiꝰ per manũ moysi. ¶ Ca. X.

Locutꝰ est dñs ad moysen dicens. Fac tibi duas tubas argẽteasductiles: quibꝫ ꝓuocare possis multitudinem q̃ mouenda sunt castra. Cunqꝫ increpueris tubis: ꝓgregabiꝛ ad te omnis turba ad ostium tabnaculi federis. Si semel clanxeris: venient ad te ꝓncipes ꝛ capita multitudinis israel. Si autẽ prolixiꝰ atqꝫ concisus clangoꝛ increpuerit: mouebunt castra pmi qui sunt ad orientalem plagã In scdo autez sonitu ꝛ pari vlulatu tube leuabũt tẽtoria qui habitant ad meridiem: et iuxta hũc modũ reliqui faciant vlulantibꝫ tubis in profectione. Quando aũt congregandus ẽ pplus. simplex tubaꝝ

clangor erit: ⁊ nō concise vlulabunt. Filij aūt aaron sacerdotis clangent tubis: eritq; hoc legittimū sempiternū in generatōnib⁹ vr̄is. Si exieritis ad bellū de terra vr̄ā. cō tra hostes qui dimicant aduersū vos. clan getis vlulantib⁹ tubis ⁊ erit recordatō vr̄i corā dño deo vr̄o: vt eruamī de manib⁹ inimic⁹ vr̄os. Si qñ habebitis epulū ⁊ dies festos ⁊ kalendas. canetis tub⁹ sup⁹ holocaustis ⁊ pacificis victimis: vt sint vob⁹ in recordatōem dei vr̄i. Ego dñs deus vester. Anno scdo mense scdo. vicesima die mēsis eleuata ē nubes ō tabnaculo federis Profectiq; sūt filij isrl̄ p turmas suas de deserto sÿnai: ⁊ recubuit nubes in solitudine pharan. Mouerūtq; castra p̄mi iuxta impium dñi in manu moysi. filij iuda per turmas suas: quor̄ p̄nceps erat naason filios amminadab. In tribu filior̄ isachar fuit p̄nceps nathanael fili⁹ suar: in tribu zabuloz erat p̄nceps eliap fili⁹ elon. Depositūq; est tabnaculuz. qō portantes egressi sunt filij gerson ⁊ merari. Profectiq; sunt ⁊ filij ruben p turmas ⁊ ordinez suū: quor̄ p̄nceps erat elisur fili⁹ sedeur. In tribu aūt filior̄ symeon p̄nceps fuit salamiel fili⁹ surisaddai porro ī tribu gad erat p̄nceps eliasaph fili⁹ duel. Profectiq; sunt ⁊ caathite: portantes sanctuariū. Tamdiu tabnaculum portabaī: donec venirent ad erectōis locū Moueī castra ⁊ filij ephraim per turmas suas: ī quor̄ exercitu p̄nceps erat elisama fili⁹ ammiud. In tribu aūt filior̄ manasse p̄nceps fuit gamaliel fili⁹ phadassur: ⁊ in tribu beniamin erat dux abidan fili⁹ gedeonis. Nouissimi castror̄ oīm pfecti sunt filij dan p turmas suas: in quor̄ exercitu p̄nceps fuit abiezer fili⁹ ammisaddai. In tribu aūt filior̄ aser erat p̄nceps phagaiel filius achran: ⁊ in tribu filior̄ neptalim p̄nceps fuit abira fili⁹ henan. Hec sunt castra ⁊ profectōnes filior̄ israel per turmas suas qñ egrediebanī. Dixitq; moyses obab filio ragueł madianiti cogn̄to suo. Proficiscimur ad locum quē dñs datur⁹ est nobis: veni nobiscum vt benefaciam⁹ tibi: qz dñs bona promisit israeli. Cui ille respondit Non vadam tecū: sed reuertar in terrā meam in qua nat⁹ sum. Et ille: noli inquit nos relinq̄re. Tu enī nosti in quib⁹ locis p deserta castra ponere debeā⁹: ⁊ eris ductor noster. Cūq; nobiscū veneris: quicquid optimū fuerit ex opib⁹ quas nob⁹ tradit⁹ est dñs dabim⁹ tibi. Profecti sunt ergo de monte dñi viaz triū dier̄: archaq; federis dñi p̄cedebat eos p dies tres. quidens castror̄ locū. Nubes q̄z dñi sup eos erat per diē cū incederent. Cūq; eleuareī archa. dicebat moyses. Surge dñe ⁊ dissipenī inimici tui: ⁊ fugiant qui odēr̄t te a facie tua Cū aūt deponereī. aiebat. Reuertere dñe ad multitudinē exercit⁹ isrl̄.

Ca. XI.

Interea ortum est murmur p̄pl̄i: quasi dolentium pro labore cōtra dñm. Quod cum audisset iratus ē: ⁊ accensus in eos ignis dñi deuorauit extremam castror̄ partem. Cunq; clamasset p̄pl̄us ad moysen: orauit moyses ad dñm. ⁊ absorpt⁹ est ignis. Vocauitq; nomen loci illi⁹ incensio: eoq; succensus fuisset contra eos ignis domini. Vulgus quip̄e p̄miscuum quod ascenderat cum eis. flagrauit desiderio carnium sedens ⁊ flens. iunctis sibi pariter filijs israel: ⁊ ait. Quis dabit nobis ad escendum carnes: Recordamur piscium quos comedeba⁹ in egipto g̃tis in monte nobis veniūt cucumeres ⁊ pepones. porriq; ⁊ cepe ⁊ allia. Anima nr̄a arida est. nihil aliō respiciūt oculi nostri nisi man. Erat aūt man quasi semen coriandri coloris bedellij. Circuibatq; p̄pl̄us. ⁊ colligens illud frangebat mola siue terrebat in mortario: coquens in olla ⁊ faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Cūq; descenderet nocte supra castra ros: descendebat pariter ⁊ man. Audiuit ergo moyses flentem p̄pl̄m per familias: singulos p ostia tētorij sui. Iratusq; est furor dñi valde: sed ⁊ moysi intolleranda res visa est: ⁊ ait ad dominum Cur afflixisti seruū tuum: Quare non inuenio grāz coram te: Et cur imposuisti pondus vniuersi populi h⁹ sup me: Nūquid ego concepi omnē hanc multitudinē vel genui eam. vt dicas mihi porta eos in sinu tuo sic portare solet nutrix infantulū: ⁊ defer in terram p qua iurasti p̄rib⁹ eor̄: Vnde mihi carnes: vt demtante m̄ltitudini: Flent ꝓtra me dicētes: da nob⁹ carnes vt comedam⁹ Non possū sol⁹ sustinere oēm hūc p̄pl̄m: qz grauius mihi est Sin aliter tibi videī: obsecro vt interficias me ⁊ inueniam grām in oculis tuis: ne tantis

afficiar malis. Et dixit dñs ad moysen. Congrega mihi septuaginta viros d senibꝫ israel. quos tu nosti q senes ꝓpl'i sint ac magistri: ⁊ duces eos ad ostiũ tabernaculi federis. faciesqꝫ ibi stare tecũ vt descendaꝫ ⁊ loquar tibi: ⁊ auferam de spũ tuo tradãqꝫ eis. vt sustentẽt tecũ onꝰ ꝓpl'i. ⁊ ñ tu solus g̃ueris. Populo quoqꝫ dices. Sanctificamini. Cras comedetis carnes. Ego enĩ audiui vos dicere. Quis dabit nob̃ escas carniũ: Bene nob̃ erat in egipto. Vt det vob̃ dñs carnes ⁊ comedatis. non vno die nec duobꝫ vel quĩqꝫ aut decẽ. nec viginti quidem. sed vsqꝫ ad mensez dieꝝ: donec exeat per nares vrãs ⁊ vertat̃ in nausiam: eoq repuleritis dñm qui in medio vr̃i est. ⁊ fleueritis corã eo dicentes: quare egressi sumꝰ ex egipto vt perirem⁹ in solitudine: Et ait moyses ad dñm. Sexcenta milia peditũ huiꝰ ꝓpl'i sunt. Et tu dicis dabo eis esuꝫ carniũ mense integro: Nũquid ouiũ ⁊ boũ mlt'itudo cedet̃. vt possit sufficere ad cibũ: vel omnes pisces maris in vnũ ꝯgregabũtur vt eos sacient: Cui rñdit dñs Nũquid manꝰ dñi inualida ẽ: Jam nũc videb̃: vtꝝ meꝰ ſmo opere ꝯpleat̃. Venit igit̃ moyses ⁊ narrauit ꝓpl'o v̄ba dñi. cõgregãs septuaginta viros d senibꝫ israel: quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditqꝫ dñs per nubem et locutꝰ est ad eũ: auferens de spũ qui erat ĩ moyse: ⁊ dans septuagĩta viris Cũqꝫ requieuisset ĩ eis spũs ꝓphauer̃t: nec vltra cessauerũt. Remanserãt aũt ĩ castris duo viri. quoꝝ vnus vocabatur heldad. et alter medad. sup quos requieuit spũs: nã ⁊ ipsi descp̃ti fuerãt: ⁊ nõ exierãt ad tabernaculũ. Cũqꝫ ꝓphar̃ẽt in castris: cucurrit puer ⁊ nunciauit moysi dicens. Heldad et medad ꝓphetant in castris. Statim iosue filius nun mĩster moysi. ⁊ electꝰ e pluribꝫ ait. Dñe mi moyses prohibe eos. At ille: quid inquit emularis ꝑ me: Quis tribuat vt oĩs ꝓpl'us ꝓphetet: ⁊ det eis dñs spiritum suũ: Reuersusqꝫ ẽ moyses ⁊ maiores natu israel in castra. Ventꝰ aũt egrediens a dño arreptas trans mare coturnices detulit et dimisit in castra. itinere quantum vno die confici potest ex omni ꝑte castroꝝ per circuitũ: volabantqꝫ in aere duobꝫ cubitis altitudine sup terrã. Surgens ergo ꝓpl'us toto die illo ⁊ nocte ac die altero. ꝯgregauerũt coturnicũ. qui paꝝ decem choros: et siccauerũt. eas ꝑ giꝝ castroꝝ. Adhuc carnes erãt in dẽtibꝫ eoꝝ. nec defecerat huiuscemõi cibꝫ: ⁊ ecce furor dñi ꝯcitatꝰ in ꝓpl'm percussit eum plaga magna nimis. Vocatusqꝫ est ille locus sepulc̃ ꝯcupĩe: ibi enim sepelierũt ꝓpl'm qui desiderauerat carnes. Egressi aũt de sepulcris ꝯcupĩe venerũt in asseroth: ⁊ manserunt ibi. ¶ Ca. XII.

Locutaqꝫ est maria ⁊ aaron cõtra moysen ꝓpter vxorem eiꝰ ethiopissam: ⁊ dixerũt. Nũ ꝑ solum moysẽ locutus est dñs: Nonne ⁊ nobis similiter est locutus: Qd cum audisset dñs. iratꝰ ẽ. Erat enim moyses vir mitissimꝰ super oẽs homines qui morabant̃ in terra. Statim locutus est ad eum ⁊ ad aaron ⁊ mariam. Egredimĩ vos tantũ tres ad tabernaculũ federis. Cũqꝫ fuissent egressi descẽdit dñs in columna nubis: ⁊ stetit in introitu tabernaculi vocans aaron ⁊ mariã. Qui cũ issent dixit ad eos. Audite ſmones meos. Si quis fuerit inter vos ꝓpha dñi ĩ visiõe apparebo ei: vel per somniũ loquar ad illũ Et ait. At non talis ſuus meꝰ moyses: qui in omni domo mea fidelissimꝰ est. Ore enĩ ad os loquar ei. Palam. ⁊ non per enig̃ta et figuras dñm videt. Quare ergo non timuistis detrahere ſuo meo moysi: Iratusqꝫ ꝯtra eos abijt. Nubes quoqꝫ r̃cessit que erat sup tabernaculũ. Et ecce maria apparuit candẽs lep̃ quasi nix. Cũqꝫ respexisset eam aaron ⁊ vidisset perfusam lep̃: ait ad moysen. Obsecro dñe mi. ne imponas nob̃ hoc pc̃tm qd stulte commisimꝰ: ne fiat hec quasi mortua: ⁊ vt abortiuũ qd proicit̃ de vulua matris sue. Ecce iam mediũ carnis eiꝰ deuoratũ est a lep̃. Clamauitqꝫ moyses ad dñm dicens. Deus obsecro. sana eam. Cui rñdit dñs. Si pater eiꝰ spuisset in faciem illiꝰ. nõne debuerat saltim septẽ diebꝫ rubore suffundi: Separet̃ septem diebus extra castra: et postea reuocabit̃. Exclusa est itaqꝫ maria extra castra septem diebꝫ: et populus non est motus de loco illo. donec reuocata est maria. ¶ Ca. XIII.

Profectusqꝫ est populus de aseroth fixis tentorijs in deserto pharaꝫ. Ibiqꝫ locutꝰ est dominꝰ ad moysen dicens. Mitte viros qui considerent

terrā chanaan quā datur⁹ sū filijs israhel. singulos de singulis tribubꝫ ex pñcipibus Fecit moÿses qđ dñs īperarat: de deserto pharan mittens pñcipes viros: quoꝝ ista sunt nomīa. De tribu rubē. semmua filiū zechur: de tribu sÿmeō. saphat filiū vri: de tribu iuda chaleph filiū iephone: de tribu isachar igal filiū ioseph: de tribu ephraim osee filiū nū: đ tribu beniamī phalti filiuz raphu: đ tribu zabulō. geddihel filiū sodi: đ tribu ioseph ceptri manasse gaddi filiuz susi: đ tribu dā amihel filiū gemalli: đ t̄bu azer sechor filiū michael: de tribu neptalī naabi filiū bapsi: đ tribu gad guhel filium machi. Hec sūt nomina viroꝝ. quos misit moÿses ad cōsiderandā terram: vocauitqꝫ osee filiū nun iosue. Misit ergo eos moÿses ad ꝯsiderādam terrā chanaan: ⁊ dixit ad eos. Ascēdite ꝑ meridianā plagā. Cūqꝫ veneritis ad mōtes. ꝯsiderate terrā qualis sit: ⁊ populū qui habitator est ei⁹. vtrū fortis sit an infirmus: pauci numero an plures: ip̄a terra bona an mala: vrbes quales. murate an absqꝫ muris: hui⁹ pinguis an steril'. nemorosa an absqꝫ arboribꝫ. Cōfortamini. ⁊ afferte nobis đ fructibꝫ terre Erat autē tempus quādo iam p̄coque vue vesci possunt. Cūqꝫ ascēdissent exploraue-runt terram a deserto sÿn. vsqꝫ ad roob in trantib⁹ emath. Ascenderūtqꝫ ad meridiē ⁊ venerunt in hebron. vbi erant achimā ⁊ sisai ⁊ dolmai. filij enach: naz hebrō septē annis ante thanim vrbem egipti condita est. Pergentesqꝫ vsqꝫ ad torrentem botri absciderunt palmitem cum vua sua quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoqꝫ granatis ⁊ de ficis loci illi⁹ tulerūt qui appellat⁹ est nehelescol id est torrens botri eo qđ botrū portassēt inde filij israhel. Reuersiqꝫ exploratores terre post quadragīta dies oī regione circuita venerūt ad moÿsen ⁊ aaron ⁊ ad oēm cetū filioꝝ israhel in desertum pharan qđ est in cades. Locutiqꝫ eis ⁊ omni multitudini ostenderunt fruct⁹ terre ⁊ narrauerunt dicentes. Venim⁹ ī terrā ad quā misistis nos. que reuera fluit lacte ⁊ melle. vt ex hijs fructibꝫ cognosci potest: sꝫ cultores fortissīos habꝫ. ⁊ vrbes grādes atqꝫ muratas. Stirpē enach vidim⁹ ibi. Amalech hītat ī meridie. etheus et iebuseus et amorreus in montanis. Cananeus vero morat̄ iuxta mare. ⁊ circa fluenta iordanis. Inter hec caleph cōpescens murmur populi qui oriebatur cōtra moÿsen ait. Ascendam⁹ et possideam⁹ terram: quoniam poterimus obtinere eā. Alij vero qui fuerant cum eo dicebāt. Nequaq̄ ad hunc populum valemus ascendere: quia fortior nobis est. Detraxeruntqꝫ terre quam inspexerant apud filios israhel. dicentes. Terra quā lustrauim⁹ deuorat habitatores suos. Popul⁹ quē aspeximus ꝓcere stature est. Ibi vidimus monstra quedam filiorum enach de genere giganteo: quibus cōperati quasi locuste videbamur.

Capitulum. XIIII.

Igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa: et murmurati sunt contra moÿsen ⁊ aaron cuncti filij israhel dicentes. Utinam mortui essem⁹ in egipto et non in hac vasta solitudine. Utinam pereamus. ⁊ nō inducat nos dominus in terram istam: ne cadamus gladio. ⁊ vxores hac liberi nostri ducant̄ captiui. Nōne meli⁹ ē reuerti ī egiptū. Dixerūtqꝫ alter ad alteꝝ. Cōstituam⁹ nobis ducem. ⁊ reuertamur in egiptū. Quo auditu moÿses ⁊ aarō ceciderūt ꝓni ī terrā corā oī mlt̄itudine filioꝝ israhel. At vero iosue fili⁹ nun. ⁊ caleph filius iephone. qui ⁊ ip̄i lustrauerāt terrā. scider̄t vestimēta sua. et ad omēm mlt̄itudinē filioꝝ israhel locuti sūt. Terra quā circuiuim⁹ valde bona est. Si ꝓpicius fuerit dñs īducet nos in eā. et tradat humū lacte ⁊ melle manātē. Nolite rebelles esse ꝯtra dñm. neqꝫ timeatis populū terre huius. quia sicut panē ita eos possum⁹ deuorare. Recessit ab eis omē p̄sidiū: dñs vobiscū est. nolite metuere. Cūqꝫ clamaret oīs mlt̄itudo ⁊ lapidibꝫ eos vellet opp̄mere. apparuit gl'ia dñi sup tectum federis. cūctis videntibꝫ filijs isrl'. Et dixit dñs ad moÿsē. Usquequo detrahꝫ mihi popul⁹ iste. Quousqꝫ non credēt mihi in oīb⁹ signis que feci coram eis. Feriam igit̄ eos pestilencia. atqꝫ cōsumā. te aūt faciā prīcipem sup gētem magnā et fortiorē quā hec est. Et ait moÿses ad dñm. Ut audiāt egiptij de quoꝝ medio eduxisti populū istū. ⁊

habitatores terre hui⁹ qui audier̄t qd̄ tu
dñe in ꝓpl'o isto sis. ⁊ facie videaris ad fa-
ciē ⁊ nubes tua ꝓtegat illos. ⁊ ī columna
nub̄ p̄cedas eos ꝑ diē. ⁊ in colūna ignis ꝑ
noctē. qd̄ occideris tantā multitudinē q̄si
vnū hoīez. ⁊ dicāt Nō poterat ītroducere
ꝓpl'um in terrā ꝓ q̄ iurauerat: idcirco occi
dit eos ī solitudīe. Magnificet̄ g̊ fortitu-
do dñi sicut iurasti dicēs. Dñs paciens et
multe misericordie. ⁊ auferēs īiquitatē et
scelera. nullūq; īnoxiū derelīquēs: qui visi
tas pēta patꝝ ī filios ī terciā ⁊ q̄rtā gene
racōnē: dimitte obsecro peccatum ꝓpl'i tui
hui⁹ scd̄m magnitudinē misericordie tue:
sic̄ ꝓpici⁹ fuisti egrediētib̄ d̄ egipto vsq; ad
locū istū. Dixitq; dñs. Dimisi iuxta ver-
bū tuū viuo ego: ⁊ implebit̄ gl'ia domini
vniuersa terra. Attamē oēs hoīes qui vi-
derunt maiestatē meā ⁊ signa que feci in
egipto ⁊ ī solitudine. ⁊ tēptauerūt me iaz
ꝑ decem vices nec obedierūt voci mee. nō
videbūt terram pro qua iuraui patribus
eoruz: nec quisquā ex illis qui detraxit mi
hi intuebitur eā. Seruum meum chaleph
qui plenus alio spū secut⁹ est me inducaz
in terrā hanc quam circuiuit. et semē ei⁹
possidebit eam: quoniā amalechites ⁊ cha
naneus habitant in vallib̄. Cras mouete
castra: ⁊ reuertimini in solitudinē ꝑ viam
maris rubri. Locutusq; est dñs ad moysē
⁊ aaron dicens. Usquequo multitudo hec
pessimā murmurat contra me? Querelas
filiorum israhel audiui. Dic ergo eis. Vi-
uo ego ait dñs: sicut locuti estis audiēte
me. sic faciam vobis In solitudine hac ia
cebunt cadauera vestra Omnes qui nume
rati estis a viginti annis ⁊ supra. ⁊ mur-
murastis contra me. non intrabitis terrā
sup̄ quā leuaui manū meā vt hītare vos
facerē: p̄ter chaleph filiū iephone. ⁊ iosue
filiū nun. Paruulos aūt vestros de quib̄
dixistis qd̄ p̄de hostib̄ forēt introducā: vt
videāt terrā que vob̄ displicuit: vestra ca-
dauera iacebūt in solitudine. Filij vestri
erūt vagi in deſto ānis q̄dragīta: ⁊ porta
bunt fornicacōnem vestrā. donec cōsumē-
tur cadauera patꝝ ī deserto: iuxta nume-
rum quadraginta dieꝝ quib̄ considerastis
terram. Annus ꝓ die imputabitur. Et q̄-
draginta annis recipietis iniquitates ve-
stras: ⁊ scietis vlcionem meam. Quoniam
sic̄ locut⁹ sū. ita faciā oī multitudini huic
pessime. que ꝯsurrexit aduersū me: in soli
tudīe hac deficiet ⁊ morie̅t Igit̄ omēs vi-
ri q̊s miserat moyses ad ꝯtemplandā ter-
rā. ⁊ qui reuersi murmurare fecerāt ꝯtra
eū omnē multitudinem. Detrahētes terre
qd̄ esset mala: mortui sūt atq; ꝑcussiq; ī cō
spectu dñi. Josue aūt fili⁹ nun ⁊ chaleph
fili⁹ iephone vixer̄t ex oīb̄ qui ꝑrexerant
ad ꝯsiderādā terrā. Locutusq; est moyses
vniuersa verba hec ad oēs filios isrl'. ⁊ lu
xit popul⁹ nimis. Et ecce mane p̄mo sur-
gētes ascēder̄t verticē mōtis atq; dixerūt
Parati sum⁹ ascēdere ad locū de q̊ dñs lo-
cut⁹ ē: qꝛ peccauim⁹. Quib̄ moyses Cur
inquit trāsgredimini verbū dñi. qd̄ vob̄ ñ
cedet in ꝓspeꝝ? Nolite ascendere. nō enim
ē dñs vobiscū: ne corruatis corā inimicis
vestris. Amalechites ⁊ chanane⁹ ante vos
sunt quoꝝ gladio corruetis: eo q̄ nolueri
tis acquiescere domino: nec erit dñs vobi
scum. At illi cōtenebrati. ascenderūt ī ver
ticem montis. Archa aūt testamenti dñi
⁊ moyses non recesserunt de castris. De-
scenditq; amalechites ⁊ chanane⁹ qui ha-
bitant in monte: ⁊ ꝑcuciens eos atq; con-
cidens. ꝑsecutus est eos vsq; horma.

Capitulum. XV.

Locutus est dominus ad moysen
dicens. Loquere ad filios isrl'. et
dices ad eos. Cum ingressi fueri-
tis terram habitacōnis vestre quam ego
dabo vobis. ⁊ feceritis oblacōnem domīo
in olocaustum. aut victimam pacificā vo
ta soluentes. vel sponte offerentes mune
ra. aut in solēnitatibus vestris adolentes
odorem suauitatis domino: de bob̄ siue d̄
ouib̄ offeret quicunq; immolauerit victi
mam: sacrificium simile decimā ꝑtē ephi
ꝯspersam oleo. quod mensurā habebit q̄r-
tam partē hin: ⁊ vinum ad liba fundenda
eiusdem mensure dabit in olocaustū siue
in victimā. Per agnos singulos ⁊ arietes
erit sacrificiū simile duarū decimaꝝ. que
ꝯspersa sit oleo tercie partis hin: ⁊ vinuz
ad libamentum tercie partis eiusdem mē
sure offeret in odorez suauitatis domino
Quādo vero de bobus feceris olocaustum
aut hostiā vt impleas votuz vl' pacificas
victimas: dab̄ ꝑ singl'os boues simile tres

decimas consperse oleo. quod habeat medium mensure hin: & vinum ad liba fundē da eiusdem mensure ī oblacōnem suauissimi odoris domino. Sic facietis p singulos boues & arietes & agnos & hedos: tam indigene quā peregrini eodē ritu offerēt sacrificia. Unū preceptū erit atq3 iudiciū tam vobis q̄ aduenis terre. Locutus ē dominus ad moysen dicens. Loquere filijs israhel & dices ad eos. Cū veneritis ī terram quā dabo vobis. & comederitis de panib9 regionis illius: separabitis primicias domino de cibis vestris. Sicut de areis p̄micias separabitis: ita & de pulmentis dabitis p̄micias dño. Odō si p ignorāciam p̄terieritis quicq̄ horū que locutus est dñs ad moysen. & mandauit per eum ad vos. a die qua cepit iubere & vltra. oblitaq3 fuerit facere multitudo: offeret vitulū de armento olocaustum in odorem suauissimū domino & sacrificium eius ac liba vt ceremonie postulant. hircumq3 p peccato: et rogabit sacerdos p omni multitudine filiorum israhel & dimittetur eis. quoniam non sponte peccauerunt nihilominus offerentes incensum domino pro se & p peccato atq3 errore suo. & dimittetur vniuerse plebi filiorum israhel. & aduenis qui peregrinantur inter vos: quoniam culpa ē omnis populi p ignorancia3. Odō si anima vna nesciēs peccauerit. offeret caprā anniculam p peccato suo: & deprecabitur p ea sacerdos quod insscia peccauerit coram domino: impetrabitq3 ei veniam. et dimittē illi. Tam īdigenis quam aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes Anima vero que p superbiā aliquid cōmiserit. siue ciuis sit ille siue peregrin9 quoniā aduersus dñm rebellis fuit. peribit d̄ pplo suo. Verbū enim dñi ꝓtempsit. & p̄ceptum illi9 fecit irritū: idcirco delebit̄ & portabit iniquitatē suā. Factum est autē cū essent filij israhel ī solitudine. & īuenissent hominē colligētē ligna ī die sabbati: obtulerūt eū moysi & aarō & vniuerse mltitudī Qui recluserūt eū ī carcerē. nesciētes quid sup eo facere deberēt. Dixitq3 dñs ad moysen Morte moriatur hō iste: obruat eum lapidib9 omnis turba extra castra. Cūq3 eduxissēt eū foras obruerūt eū lapidib9. & mortu9 est sicut p̄ceperat dñs Dixit quoq3 dñs ad moysen. Loquere filijs israhel et dices ad eos. Ut faciāt sibi fimbrias p angulos pallioꝝ. ponētes ī eis vittas iacinctinas. Quas cū viderint recordent̄ oīm mādatorū domini. nec sequant̄ cogitacōnes suas & oculos p res varias fornicantes: sed magis memores preceptoꝝ dñi: faciāt ea: sīt q3 sancti deo suo. Ego dñs de9 vester. qui eduxi vos de terra egipti: vt essem de9 vr̄.

Capitulum. XVI.

Ece autem chore filius ysaar filij caath. filij leui & dathan. atq3 abiran filij eliab. Hon quoq3 filius phaleth de filijs rubē surrexerunt contra moysen: alijq3 filiorū israhel ducenti quinquaginta viri proceres synagoge. et qui tempore concilij per nomina vocabantur Cūq3 stetissent aduersum moysen & aarō dixerunt. Sufficiat vobis quia oīs multitudo sanctorum est. & in ipsis est dominus Cur eleuamini super populū domini Qd cū audisset moyses cecidit pnus ī faciem. locutusq3 ad chore & ad omnē multitudinem. Mane inquit notū faciet dominus qui ad se ptineant. et sanctos applicabit sibi: & quos elegerit appropinquabunt ei. Hoc igitur facite. Tollat vnusquisq3 thuribula sua tu chore & omne cōcilium tuum. et hausto cras igne ponite desuper thimiama coram domino: & quē cūq3 elegerit. ipse erit sanctus. Multū erigimini filij leui Dixitq3 rursum ad chore Audite filij leui. Num parum vobis ē q̄ separauit vos deus israhel ab omni populo: & iunxit sibi vt seruiretis ei ī cultu tabernaculi: & staretis coram frequencia populi & ministraretis ei Idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios leui. vt vobis etiam sacerdocium vendicetis. & omnis globus tuus stet contra dominum: Quid est enim aaron vt murmuretis contra eū: Misit ergo moysen vt vocaret dathan et abiran filios eliab. Qui responderunt. Non venimus Nunquit parum est tibi quod eduxisti nos de terra egipti que lacte et melle manabat vt occideres in deserto: nisi et dominatus fueris nostri: Reuera induxisti nos in terram que fluit riuis lactis & mellis: & dedisti nob9 possessiones agroꝝ & vineaꝝ. An et oculos nr̄os vis eruere. Non venimus

Iratusq; moÿses valde. Ait ad dñm Ne re
spicias sacrificia eoꝝ Tu scis qđ nec asel-
lum quidem vnq̃m acceperim ab eis . nec
afflixerī quēpiā eoꝝ Dixitq; ad chore Tu
⁊ oīs ꝯgregacō tua state seorsū coraz dño
⁊ aaron die crastino separatī. Tollite sin-
guli thuribula vestra. ⁊ ponite sup ea in-
cēsū offerētes dño ducēta quīq̃gīta thuri
bula. aaron q̃z teneat thuribuluz suū. Qđ
cū fecissent stātibꝫ moÿse ⁊ aaron . ⁊ coa-
ceruassent aduersū eos oēm mlt̃itudinem
ad ostiū tab̃naculi: apparuit cūctis gloria
dñi Locutusq; dñs ad moÿsen ⁊ aarō ait.
Separamī de medio ꝯgregacōis hui⁹ : vt
eos repēte dispdam. Qui ceciderūt ꝓni in
faciē. atq; dixer̃t. Fortissime de⁹ spirituuz
vniuerse carnis. num vno peccāte contra
oēs tua ira deseuiet? Et ait dñs ad moÿsē
Precipe vniuerso ꝓpl̃o vt separet̃ a tab̃na
culis chore ⁊ dathan ⁊ abirā . Surrexitq;
moÿses ⁊ abijt ad dathan ⁊ abirā: ⁊ sequē
tibꝫ eū senioribꝫ isrl̃ dixit ad turbā. Rece
dite a tab̃nacul̃ impioꝝ: ⁊ nolite tāgere q̃
ad eos ꝑtinent. ne inuoluamī in peccatis
eoꝝ. Cūq; recessissent a tentorijs eoꝝ ꝑ cir
cuitū. dathan et abiran egressi stabant in
introitu papilionū suarum. cū vxorib⁹ et
liberis. omniq; frequēcia. Et ait moÿses.
In hoc scietis qđ dominus miserit me: vt
facerem vniuersa que cernitis. ⁊ nō ex ꝓ-
prio ea corde protulerim. Si cōsueta ho-
minum morte interierint. ⁊ visitauerit e-
os plaga qua ⁊ ceteri visitari solent: non
misit me dominus. Sin autem nouam rē
fecerit dominus. vt aperiens terra os suū
degluciat eos ⁊ omnia que ad illos ꝑtinēt
descenderuntq; viuentes in infernum. scie
tis q̃ blasphemauerint dominum Confe-
stim igitur vt cessauit loqui dirupta ē ter
ra sub pedibus eorum: et aperiens os suū
deuorauit illos cum tabernaculis suis. et
vniuersa substancia eorum. Descēderūtq;
viui in infernum operti humo: ⁊ perierūt
de medio multitudinis At vero omnis is-
rahel qui stabat per girum fugit a clamo-
re pereuncium dicens. Ne forte ⁊ nos ter-
ra degluciat. Sed ⁊ ignis egressus a domi
no interfecit ducentos quinquaginta vi-
ros qui offerebant incensum.

¶ Capitulū. XVII.

Locutusq; est dominus ad moÿsen
dicens. Precipe eleazaro filio aa-
ron sacerdoti vt tollat thuribula
que iacent in incendio. ⁊ ignem huc illuc-
q; dispergat: quoniam sanctificata sunt ī
mortibus peccatorum : producatq; ea in
laminas. et affigat altari . eo q̃ oblatum
sit in eis incensum domino et sanctifica-
ta sint : vt cernant ea pro signo et moni-
mento filij israhel . Tulit ergo eleazar sa-
cerdos thuribula enea. in quibus obtule-
rant hij quos incendium deuorauit. ⁊ pro-
duxit ea in laminas affigens altari. vt ha
berent postea filij israhel quibus commo-
nerentur : ne quis accedat alienigena et
qui non est desemine aaron. ad offerendū
incensum domino: ne paciatur sicut pas-
sus est chore. et omnis congregacio ei⁹ lo-
quente domino ad moÿsen. Murmurauit
autem omnis multitudo filiorum israhel
sequenti die contra moÿsen ⁊ aaron dicēs
Vos interfecistis populum domini. Cūq;
oriret̃ sedicō ⁊ tumultus incresceret. moÿ
ses ⁊ aaron fugerunt ad tabernaculuz fe
deris. Quod postquam ingressi sunt ope-
ruit nubes: ⁊ aparuit gloria domī. Dixit-
q; dominus ad moÿsen. Recedite đ medio
huius multitudinis : etiam nunc delebo
eos. Cunq; iacerent in terra dixit moÿses
ad aaron. Tolle thuribulū. ⁊ hausto igne
de altari mitte incensum desuper. pergens
cito ad populum: vt roges pro eis . Iam
enim egressa est ira a dño. ⁊ plaga deseuit
Quod cū fecisset aarō. ⁊ cucurrisset ad me
diam multitudinē quā iam vastabat incē-
dium obtulit thimiama: ⁊ stās inter mor-
tuos ac viuentes pro populo deprecatus
est. ⁊ plaga cessauit. Fuerunt autem qui
percussi sūt quatuordecim milia hominuz
⁊ septingēti: absq; hijs qui perierant in se
dicōne chore Reuersusq; ē aarō ad moÿ
sen ad ostium tabernaculi federis . postq̃
quieuit interitus. Et locutus est domin⁹
ad moÿsen dicēs. Loquere ad filios isrl̃. ⁊
accipe ab eis virgas singl̃as ꝑ cognacōes
suas a cūctis principibꝫ tribuum virgas
duodecim: ⁊ vniuscuiusq; nomē superscri-
bes virge sue. Nomen autem aaron erit ī
tribu leui : et vna virga cunctas eorum
familias continebit: ponesq; eas in taber-
naculo federis coram testimonio vbi loq̃r

ad te. Quē ex hijs elegero germinabit virga eius: ⁊ cohibebo a me querimonias filiorum israhel. quibus contra vos murmurant. Locutusq; est moyses ad filios isrł. ⁊ dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus. Fueruntq; virge duodecī absq; virga aaron Quas cū posuisset moyses coꝝ dominō in tabernaculo testimonij sequenti die regressus inuenit germinasse virgam aaron in domo leui. ⁊ turgentibo gemmis eruperant flores: qui folijs dilatatis in amigdalas deformati sunt. Protulit ergo moyses omnes virgas de cōspectu domini ad cunctos filios israhel: viderunteq; ⁊ receperunt singuli virgas suas. Dixitq; dominus ad moysen Refer virgā aaron in tabernaculum testimonij. vt seruetur ibi in signū rebelliū filioꝝ israhel. ⁊ quiescant querele eoruꝫ a me ne moriant̄. Fecitq; moyses sicut preceperat domin⁹. Dixerūt aūt filij israhel ad moysen. Ecce cōsumpti sumus: omnes peribimus. Qui cūq; accedit ad tabernaculū dñi. moritur Nū vsq; ad interniconem cuncti delēdi sumus.

Capitulū. XVIII.

Dixitq; dominus ad aaron. Tu et filij tui ⁊ domus patris tui tecuꝫ portabitis iniquitatem sanctuarij et tu et filij tui simul sustinebitis peccata sacerdocij vestri. Sed ⁊ fratres tuos ō tribu leui ⁊ sceptro patris tui sume tecum. prestoq; sint ⁊ ministrent tibi Tu aūt ⁊ filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij Excubabunteq; leuite ad precepta tua. et ad cuncta opera tabernaculi: ita dūtaxat vt ad vasa sanctuarij ⁊ altare nō accedant ne ⁊ illi moriantur. et vos pereatis simul. Sint aūt tecū ⁊ excubēt ī custodijs tabernaculi. et in omnib⁹ ceremonijs ei⁹ alienigena non miscebitur vobis. Excubate ī custodia sanctuarij. ⁊ in ministerio altaris: ne oriatur indignacō super filios israhel. Ego dedi vobis fratres vestros leuitas de medio filioꝝ israhel: ⁊ tradidi donum domīo. vt seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Tu autem ⁊ filij tui custodite sacerdocium vestruꝫ: ⁊ omna que ad cultum altaris ptinent. ⁊ ītra velū sūt p sacerdotes āmīstrabunt̄. Si quis externus accesserit occidetur. Locutus est dñs ad aaron. Ecce dedi tibi custodiā p̄micia-rum mearum. Omnia que sanctificantur a filijs israhel tibi tradidi ⁊ filijs tuis. p officio sacerdotali legitima sempiterna. Dec ergo accipies de hijs que sanctificantur ⁊ oblata sunt domino. Omnis oblacō ⁊ sacrificium. ⁊ quicquid pro peccato atq; delicto redditur mihi. ⁊ cedet in sancta sanctoꝝ: tuū erit ⁊ filioꝝ tuoꝝ. In sanctuario comedes illud Mares tātū edēt ex eo: quia consecratū ē tibi. Primicias aūt quas vouerint ⁊ obtulerint filij israhel: tibi dedi ⁊ filijs tuis ac filiabus tuis iure p̄petuo. Qui mundus est in domo tua. vescetur eis Omnes medullam olei ⁊ vini ac frumenti. quicquid offerunt primiciaruꝫ domino. tibi dedi. Uniuersa frugum ūcia que gignit humus ⁊ dño deportant̄. cedēt in vsus tuos. Qui mūdus est ī domo tua. vescetur eis. Omne quod ex voto reddiderint filij israhel. tuū erit. Quicquid p̄muꝫ erumpit̄ vulua cunct̄ carnis quam offerunt domīo. siue ex hominibus siue de pecoribus fuerit. tui iuris erit: ita dūtaxat vt p hominis p̄mogenito precium accipies: ⁊ omne animal quod īmundum est redimi facias: cu⁹ redēpcio erit post vnū mē sem: siclis argēti quinq; pōdere sanctuarij Siclus viginti obulos habet. Prīogeītū aūt bouis ⁊ ouis ⁊ capre nō facies redimi quia sanctificat̄ sunt domino. Sanguinez tantū eoꝝ fundes sup altare: ⁊ adipes adolebis in suauissimū odorem domino. Carnes vero in vsum tuū edēt: sicut pectusculū ꝯsecratū ⁊ arm⁹ dexter tua erūt. Omnes p̄micias sanctuarij quas offerūt filij israhel dño: tibi dedi ⁊ filijs ac filiab⁹ tuis iure p̄petuo. Pactū salis ē sēpiternū corā dño tibi ac filijs tuis Dixitq; dñs ad aaron. In terra eorum nihil possidebitis: nec habebitis p̄tem inter eos. Ego pars et hereditas tua in medio filioꝝ israhel Filijs aūt leui dedi omnes decimas israhelis in possessionē. p ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo federis: vt nō accedant vltra filij israhel ad tabernaculum nec committāt peccatū mortifeꝝ: solis filijs leui mihi in tabernaculo seruiētib⁹ et portātib⁹ peccata populi: legitimū sēpiternū erit in generacōib⁹ vestris. Nihil aliud possidebunt decimarū oblacōne cōtēti: q̄s

in vlus eorum ⁊ necessaria sepaui. Locutusq; est dominus ad moysen dicēs Preci pe leuitis atq; denuncia Cū acceperitis a filijs isrl decimas quas dedi vob: pmicias earum offerte dño. id est decimam partē decime: vt reputet vobis in oblacōem pri mitiuoꝝ: tam de areis q̄ de torcularib ⁊ vniuersis quoꝝ accipitis pmicias offer te dño. ⁊ date ea aaron sacerdoti. Omnia q̄ offertis ex decimis. ⁊ in donaria dñi se parabitis: optima ⁊ electa erunt Dicesq; ad eos Si pclara ⁊ meliora queq; obtule ritis ex decimis. reputabit vobis q̄si de a rea ⁊ torculari dederitis pmicias: ⁊ come detis eas in omnib locis vīs. tam vos q̄ familie vīe: quia pcium est p ministerio q̄ seruitis in tabernaculo testimonij: ⁊ non peccabitis sup hoc. egregia vobis ⁊ pin guia reseruātes: ne polluatis oblacōnes filioꝝ israhel. ⁊ moriamini

¶ Capitulum. .XIX.

Locutusq; est dominus ad moysen et aaron dicens. Ista est religio victime quam constituit domin? Precipe filijs israhel. vt adducant ad te vaccam rufam etatis integre in qua nul la sit macula. nec portauerit iugum: tra detisq; eam eleazaro sacerdoti. Qui edu ctam extra castra immolabit ī conspectu omnium: ⁊ tinguens digitum in sāguine eius. asperget contra fores tabernaculi se ptem vicib: conburetq; eam cunctis vi dētibus: tam pelle ⁊ carnibus eius q̄ san guine ⁊ fimo flamme tradītis Lignū quo q; cedrinum ⁊ ysopum coccūq; bistinctuz sacerdos mittet in flammam. que vaccaz vorat Et tunc demum lotis vestib et coꝛ pore suo. īgredietur in castra: cōmacula tusq; erit vsq; ad vesperam Sed ⁊ ille qui cōbusserit eam lauabit vestimenta sua et coꝛpus. ⁊ īmundus erit vsq; ad vesperam. Colliget autez vir mundus cineres vacce et effundet eos extra castra in loco puris simo: vt sint multitudini filioꝛum israhel in custodiam ⁊ in aquam aspersionis: qꝛ pro peccato vacca combusta est. Cunq; la uerit qui vacce poꝛtauerat cineres vesti menta sua: īmundus erit vsq; ad vesperū Habebūt hoc filij israhel ⁊ aduene qui ha bitant inter eos sanctum iure perpetuo. Qui tetigerit cadauer homis ⁊ ꝑter hoc septem diebus fuerit immūdus. aspergeē ex hac aqua die tercō ⁊ septimo: ⁊ sic mū dabitur. Si die tercio aspersus nō fuerit septimo non poterit emundari Omis qui tetigerit humane anime moꝛticinum ⁊ a sperſus ac cōmixtione non fuerit. polluet tabernaculum domini: ⁊ peribit ex israhel Quia aqua expiacōnis non est aspersus immundus erit: ⁊ manebit spurcicia eius super eum. Ista est lex hominis qui moꝛi tur in tabernaculo. Omnes qui ingrediū tur tentoꝛium illius. ⁊ vniuersa vasa que ibi sunt polluta erunt septē diebz Clas qd nō habuerit opculū nec ligaturā desuper immundum erit. Si quis in agro tetige rit cadauer occisi hominis. aut p se moꝛ tui. siue os illius vel sepulcrum: immūd? erit septē diebz. Tollent de cineribz cōbu stionis atq; peccati. ⁊ mittent aq̄s viuas sup eos in vas: in quib cū hō mund? tin xerit ysopum. asperget ex eo omē tento rium ⁊ cunctā supellectilem. ⁊ homines huiuscemodi ꝓtagione pollutos: atq; hoc modo mundus lustrabit immundum ter cio ⁊ septimo die. expiatusq; die septimo lauabit ⁊ se ⁊ vestimenta sua: ⁊ immund? erit vsq; ad vesperā. Si quis hoc ritu nō fuerit expiat?. peribit anima illius de me dio ecclesie: quia sanctuariū dñi polluit: ⁊ non est aqua lustracōnis aspersus. Erit hoc ꝓceptum legitimū sempiternū. Ipse quoq; qui aspergit aquas. lauabit vesti menta sua. Omnis qui tetigerit aquas ex piacōnis: immūdus erit vsq; ad vesperam Quicquid tetigerit immund?. immunduz faciet: ⁊ anima que horum quippiam teti gerit. immunda erit vsq; ad vesperum.

¶ Capitulū. XX.

Ueneruntq; filij israhel ⁊ omis ml titudo in desertuz sin mense ꝓmo ⁊ mansit populus in cades. Moꝛ tuaq; est ibi maria. ⁊ sepulta in eodem lo co. Cunq; indigeret aqua populus conue nerunt aduersum moysen ⁊ aaron: ⁊ ver si in sedicionem dixerunt. Vtinam perisse mus inter fratres nostros coram domīo. Cur eduxistis ecclesiā domini in solitudi nē: vt ⁊ nos ⁊ nostra iumenta moꝛiamur? Quare nos fecistis ascēdere ō egipto. ⁊ ad duxistis ad locū istū pessimū qui seri non potest: qui nec ficū gignit. nec vineas nec

malagranata:insuper ⁊ aquã nõ habz ad bibendũ. Ingressusqz moyses et aarõ dimissa multitudine in tabernaculũ federis corruerũt proni ĩ terrã:clamauerũtqz ad dñm atqz dixerũt. Domine deus audi clamorẽ populi hui⁹. ⁊ aperi eis thesauz tuum fontẽ aque viue:vt saciati cesset murmuracõ eoz Et apparuit gl'ia dñi sup eos Locutusqz ẽ dñs ad moysen dicẽs . Tolle virgã ⁊ congrega populũ tu ⁊ aaron frater tu⁹. ⁊ loquimini ad petrã coram eis:⁊ illa dabit aqs.Cunqz eduxeris aquã de petra. bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tulit igiẽ moyses virgã qui erat in conspectu domini sicut preceperat ei. congregata multitudine ante petraz:dixitqz eis. Audite rebelles ⁊ increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eicere. Cũqz eleuasset moyses manũ percuciens virga bis silicem.egresse sũt aque largissime: ita vt popul⁹ biberet ⁊ iumenta Dixitqz dñs ad moysen ⁊ aaron. Quia nõ credidistis mihi vt sãctificaretis me coram filijs israhel non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.Hec est aqua cõtradictõnis. vbi iurgati sunt filij israhel contra dominum:⁊ sanctificatus est in eis. Misit ĩ terrea nũcios moyses de cades ad regẽ edõ qui dicerent.Hec mandat frater tuus israhel. Nosti omnem laborem qui apprehẽdit nos.quomõ descenderint patres nri ĩ egiptũ.⁊ hĩ tauerim⁹ ibi mlto tpe. afflixerĩtqz nos egiptij ⁊ patres nostros.⁊ quõ clamauerimus ad dominũ ⁊ exaudierit nos miseritqz angelũ qui eduxerit nos de egipto.Ecce in vrbe cades que ẽ in extremis finibus tuis positi: obsecramus vt nobis transire liceat p terram tuam Non ibim⁹ per agros nec p vineas:nõ bibem⁹ aquas de puteis tuis:sed gradiemur via publica. nec ad dexteram nec ad sinistram declinãtes:donec trãseam⁹ termios tuos.Cui rñdit edom.Nõ trãsibis p me. Alioquin armatus occurram tibi Dixeruntqz filij israhel:Per tritam gradiemur viam:etsi biberim⁹ aquas tuas nos ⁊ pecora nostra. dabim⁹ qđ iustum est.Nulla erit ĩ pcio difficultas tantũ velocit̃er transeamus . At ille rñdit.Nõ trãsibitis. Egratimqz egressus ẽ obui⁹ cũ infinita mltitudiẽ ⁊ manu forti:nec voluit acquiescere depcãti. vt cõ cederet trãsitũ p fines suos Quãobrem diuertit ab eo israhel Cũqz castra mouissent de cades. venerũt in mõtẽ or. qui ẽ in finibus terre edom. vbi locut⁹ ẽ dñs ad moysen dicens Pergat inquit aaron ad populos suos.Non enĩ intrabit terram quã dedi filijs isrl:eo qđ incredul⁹ fuerit ori meo ad aqs contradictõis.Tolle aarõ ⁊ filiũ ei⁹ cũ eo:⁊ duces eos in montẽ or. Cũqz nudaueris patrẽ veste sua. indues ea eleazarũ filiũ eius:⁊ aarõ colligeẽ.⁊ morieẽ ibi Fecit moyses vt pcepat dñs:et ascẽderũt in mõtẽ or coram omni multitudiẽ Cũqz aaron spoliasset vestibz suis.induit eis eleazarũ filiũ eius. Illo mortuo in mõtis supcilio:descendit cũ eleazaro. Qis aũt multitudo vidẽs occubuisse aaron:fleuit super eo triginta diebz p cunctas familias suas

Capitulum. XXI.

Qlod cum audisset chananeus rex arad. qui habitabat ad meridiez. venisse scilicet israhel p exploratorum viam.pugnauit contra illum : ⁊ victor existens.duxit ex eo predam At israhel voto se dño obligans ait. Si tradideris populum istum in manu mea : delebo vrbes eius. Exaudiuitqz dñs preces israhel.⁊ tradidit chananeum:quẽ ille interfecit subuersis vrbibus eius:⁊ vocauit nomen loci illius orma.id ẽ anathema.Profecti sunt autem ⁊ de monte or.p viã que ducit ad mare rubrum:vt circuirent terram edom Et tedere cepit populum itineris ac laboris:locutusqz contra dominuz ⁊ moysen ait.Cur eduxisti nos de egipto: vt moriemur in solitudine. Deest panis: non sunt aque:anima nostra iaz nauseat sup cibo isto leuissimo . Quãobrem misit dominus in populum ignitos serpentes: ad quorum plagas ⁊ mortes plurimoruz venerunt ad moysen atqz dixerunt. Peccauimus:qr locuti sum⁹ contra dominum ⁊ te. Ora vt tollat a nob serpentes . Orauit moyses p populo.Et locut⁹ est dominus ad eum. Fac serpentem eneum:⁊ pone eũ p signo. Qui pcussus aspexerit euz viuet Fecit g moyses serpentem eneum: et posuit eũ p signo. Quem cũ pcussi aspicerẽt sanabãt. Profectiqz filij israhel:castrametati sũt in oboth. Elñ egressi fixere tẽtoria

ſi ieabarim i ſolitudie q̃ reſpicit mabo: cõ
tra orientalẽ plagam: et inde mouẽtes ve-
nerunt ad torrentẽ zareth. Quem relinq̃n
tes caſtrametati ſũt ꝓtra arnon. que eſt in
deſerto. ⁊ prominet in finib⁹ amorrei. Si-
quidẽ arnon terminus eſt moab: diuidens
moabitas ⁊ amorreos. Unde dicit᷑ i libro
belloꝝ domini Sicut fecit in mari rubro
ſic faciet i torrentib⁹ arnon. Scopuli tor
renciũ iclinati ſũt vt requieſcerẽt i arnõ
⁊ recũberẽt in finib⁹ moabitaꝝ. Ex eo lo-
co apparuit putẽ. ſup quo locutus eſt do
minus ad moyſen. Cõgrega ꝑplum: ⁊ da-
bo ei aquam. Tũc cecinit iſrahel carmen
iſtud. Aſcendat putẽ concinebãt: putẽus
quẽ foderũt ꝓncipes: ⁊ parauerunt duces
mlt̃itudinis. i datore legis ⁊ i baculꝰ ſuis.
ꝓfectiq̃ ſũt. De ſolitudine: mathana. De
mathana: nabalihel. De nabalihel. in ba-
moth. Bamoth vallis eſt i regione moab
in vertice faſga: ⁊ quod reſpicit contra de-
ſertum. Miſit autẽ iſrahel nũcios ad ſeõ
regem amorreorum dicens Obſecro vt trã-
ſire mihi liceat ꝑ terram tuam. Non decli-
nabimus in agros ⁊ vineas: non bibemus
aquas ex putẽis. Via regia egradiemur:
donec tranſeam⁹ terminos tuos. Qui cõ-
cedere noluit vt tranſiret iſrahel per fines
ſuos: quinpoci⁹ exercitu ꝯgregato egreſ-
ſus eſt obuiaꝝ in deſertum ⁊ venit in iaſa
pugnauitq̃ contra eum. A quo ꝓcuſſus ẽ
in ore gladij: ⁊ poſſeſſa eſt terra eius ab ar
non vſq̃ iebot. ⁊ filios ämon: quia forti ꝑ
ſidio tenebanꝫ termi ämonitaꝝ. Tulit g̃
iſrahel omnes ciuitates eius: et habitauit
in vrbib⁹ amorrei: in eſebon ſcilicet ⁊ vicu
lis eius. Urbs eſebon fuit regis ſeon amor
rei. qui pugnauit contra regem moab: et
tulit omnem terram que dicionis illi⁹ fu-
erat vſq̃ arnon. Idcirco dicit᷑ in ꝓuerbio
Uenite i eſebõ: edificet᷑ ⁊ ꝓſtruat᷑ ciuitas
ſeon. Ignis egreſſus eſt de eſebon. flãma
de opido ſeon: ⁊ deuorauit armoabitaꝝ. ⁊
habitatores excelſoꝝ arnõ. Ue tibi moab:
periſti ꝑple chamos. Dedit filios eius in
fugam: ⁊ filias in captiuitatẽ regi amor
reoꝝ ſeon. Iugum ipſorum diſperijt ab e-
ſebon vſq̃ dibon: laſſi peruenerunt in io-
phe vſq̃ medaba. Habitauit itaq̃ iſrahel
in terra amorrei. Miſitq̃ moyſes qui ex-
plorarent iazer: cuius ceperunt viculos.
⁊ poſſederunt habitatores. Uerteruntq̃ ſe
⁊ aſcenderunt per viam baſan: ⁊ occurrit
eis og rex baſan cum omi̇ populo ſuo pu
gnaturus in edrai. Dixitq̃ dominus ad
moyſen. Ne timeas eũ: quia in manu tua
tradidi illum ⁊ omnem populum ac terrã
eius: faciesq̃ illi ſicut feciſti ſeon regi a-
morreorum habitatori eſebon. Percuſſerũt
igitur ⁊ hunc cuꝫ filijs ſuis. vniuerſumq̃
populum ei⁹ vſq̃ ad internicõnez: ⁊ poſſe
derunt terram illius. Profectiq̃ caſtrame
tati ſunt in campeſtribus moab: vbi trãs
iordanen hiericho ſita eſt.

Capitulũ. XXII.

Uidens autẽ balach filius ſephor
omia que fecerat iſrahel amorreo
et q̃ pertimuiſſent eum moabite.
et impetum eius ferre non poſſent: dixit
ad maiores natu madian. Ita delebit hic
populos omnes qui in noſtris finibus co
morãtur: quomodo ſolet bos herbas vſq̃
ad radices carpere. Ipſe erat eo tempore
rex in moab. Miſit ergo nũcios ad balaã
filium beor ariolum. qui habitabat ſuper
flumen terre filiorum ämon: vt vocarent
eum et dicerent. Ecce egreſſus eſt popul⁹
ex egipto qui operuit ſuperficiem terre ſe
dens contra me. Ueni igitur ⁊ maledic po
pulo huic quia fortior me eſt: ſi quomodo
poſſim percutere et eicere eũ de terra mea
Noui enim q̃ benedictus ſit cui benedixe-
ris: et maledictus in quem maledicta con
geſſeris Perrexerunt ſeniores moab ⁊ ma
iores natu madian: habentes diuinacõis
precium in manibus. Cunq̃ veniſſent ad
balaã. ⁊ narraſſẽt ei oia verba balach: ille
reſpondit. Manete hic nocte: ⁊ reſponde-
bo quicquid mihi dixerit dominus. Ma-
nentibus illis apud balaam: venit deus et
ait ad eum Quid ſibi volunt homines iſti
apd te: Reſpõdit. Balach fili⁹ ſephor rex
moabitaꝝ miſit ad me dicẽs. Ecce popul⁹
qui egreſſus eſt de egipto operuit ſuperfi
ciẽ terre: veni ⁊ maledic ei: ſi quomõ poſ-
ſim pugnãs abigere eum. Dixitq̃ deus ad
balaam. Noli ire cum eis neq̃ maledicas
populo. quia benedictus ẽ. Qui mane cõ-
ſurgens. dixit ad principes. Ite in terram
vrã: q̃ phibuit me deus venire vobiſcum

Reuersi principes dixerunt ad balac. Noluit balaam venire nobiscum. Rursū ille multoplures ⁊ nobiliores quaz antę miserat: misit. Qui cū venissent ad balaā. dixerūt. Hic dicit balac filiꝰ sephor Ne cūcteris venire ad me. Paratus sū honorare te ⁊ quicquid volueris dare Veni ⁊ maledic pplo isto. Rñdit balaam. Si dederit mihi balac plenā domum suā argēti ⁊ auri. nō potero immutare verbū dñi dei mei: vt vl plus vl minus loquar. Obsecro vt h māeatis eciā hac nocte: ⁊ scire queā quid mihi rursū respōdeat dñs. Venit ergo deꝰ ad balaam nocte: ⁊ ait ei. Si vocare te venerūt hoīes isti. surge ⁊ vade cū eis: ita dūtaxat. quod pcepero tibi facias Surrexit balaam mane: et strata azina pfectus est cum eis: ⁊ iratus est deus. Stetitq; angelꝰ domini in via pctra balaaz qui sedebat azine: ⁊ duos pueros habebat secū. Cernens azina angelū stantem ī via euaginato gladio: auertit se de itinere. ⁊ ibat per agrum Quam cum verberaret balaaz ⁊ vellet ad semitam reducere: stetit angelus in angustijs duaꝝ maceriarum quibus vinee cingebantur. Quem videns azina iunxit se parieti: ⁊ attriuit sedentis pedem. At ille itērum verberabat: ⁊ nihilominus angelꝰ ad locum angustum transiens. vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiari obuius stetit. Cunq; vidisset azina stantē angelum: concidit sub pedibus sedentis. Qui iratus vehementius cedebat fuste latera eius. Aperuitq; dominus os azine. ⁊ locuta est Quid feci tibi Cur percutis me ecce iam tercio. Respondit balaam Quia cōmeruisti: ⁊ illusisti mihi. Vtinam haberem gladium vt te percuterem. Dixit azina. Nonne animal tuum sum. cui semp sedere cōsuesti: vsq; in presentem diem. Dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait. Nunq;. Protinus aperuit dñs oculos balaam: ⁊ vidit angelum stantez in via euaginato gladio: adorauitq; eum pronus in terram. Cui angelus Cur inquit tercio verberas azinam tuam: Ego veni vt aduersarer tibi: quia peruersa est via tua: mihiq; contraria. Et nisi azina declinasset de via dans locum resistenti: te occidissem ⁊ illa viueret. Dixitq; balaam. Peccaui: nesciēs q tu stares ꝓtra me. Et nūc si displicet tibi vt vadam. reuertar: Ait āgelꝰ Vade cum istis: ⁊ caue ne aliud quam precepero tibi loquaris. Iuit igitur cum pncipibus. Quod cum audisset balac: egressus est in occursum eius in opido moabitarum quod situm est in extremis finibꝰ arnon. Dixitq; ad balaam. Misi nuncios vt vocarēt te. Cur non statim venisti ad me. an q mercedem aduentui tuo reddere nequeo. Cui ille respondit. Ecce assum. Nunquid loqui potero aliud nisi q deus posuerit in ore meo Perrexerunt g simul ⁊ venerunt in vrbē que in extremis regni eius finibꝰ erat. Cunq; occidisset balac boues ⁊ oues: misit ad balaam ⁊ principes qui cum eo erant munera. Mane autez facto. duxit eum ad excelsa baal: ⁊ intuitus est extremam partem populi.

Capitulū. XXIII.

Dixitq; balaam ad balac. Edifica mihi hic septem aras: et para totidem vitulos: eiusdemq; numeri arietes. Cunq; fecisset iuxta sermonem balaam: imposuerunt simul vitulum ⁊ arietem super arā. Dixitq; balaam ad balac. Sta paulisper iuxta olocaustum tuū donec vadam. si forte occurrat mihi dominꝰ ⁊ quodcūq; imperauerit loquar tibi. Cunq; abisset velociter occurrit illi deus. Locutusq; ad eum balaaz. septem inquit aras erexi: ⁊ imposui vitulum ⁊ arietem de sup Dominus autem posuit verbum ī ore eiꝰ ⁊ ait. Reuertere ad balac: ⁊ hec loqueris. Reuersus inuenit stantem balac iuxta olocaustum suum ⁊ omnes principes moabitarum: assumptaq; parabola sua dixit. De aran adduxit me balac rex moabitaꝝ de montibus orientis. Veni inquit ⁊ maledic iacob: ⁊ wera et detestare israhel. Quomodo maledicā: cui non maledixit deus. Qua racōne detester: quem dñs non detestatur. De sūmis silicibꝰ videbo eum. et de collibus considerabo illum. Populus solꝰ habitabit: ⁊ inter gentes nō reputabitur Quis dinumerare possit puluerē iacob. ⁊ nosse numerū stirpis israł. Moriatur anima mea morte iustoꝝ: ⁊ fiāt nouissia mea hoꝝ similia Dixitq; balac ad balaā. Quid ē hoc quod agis. Vt malediceres īimicis meis vocaui te. ⁊ tu ecōtrario bñdicis eis

Cui ille rñdit. Num aliud possum loqui: nisi quod iusserit dñs? Dixit ergo balach Veni mecũ in alterꝝ locũ. vnde partez isrl' videas. ⁊ totũ videre nõ possis: inde maledicito ei Cũqꝫ duxisset eũ in locũ sublimẽ sup verticẽ mõtis phasga. edificauit balaam septẽ aras: ⁊ impositis sup̃. vitulo atqꝫ ariete: dixit ad balach. Sta hic iuxta olocaustũ tuũ: donec ego obui⁹ ꝑgã. Cui cũ dñs occurrisset: posuissetqꝫ verbũ ĩ ore ei⁹ ait. Reuertere ad balach: ⁊ hec loq̃ris ei. Reuersus inuenit eũ stantẽ iuxta olocaustũ suũ: ⁊ p̃ncipes moabitaꝝ cũ eo Ad quẽ balach. Quid inquit locut⁹ ẽ dñs? At ille assumpta parabola sua ait. Sta balac ⁊ ausculta: audi fili sephor. Nõ ẽ de⁹ quasi hõ vt menciat̃: nec vt fili⁹ homĩs vt mutetur. Dixit g̊ ⁊ nõ faciet: locut⁹ ẽ ⁊ nõ implebit? Ad benedicendũ adduct⁹ sũ: benedictionem ꝓhibere non valeo. Non ẽ ÿdolum in iacob: nec videt̃ simulacrũ in isrl'. Dñs deus eius cũ eo ẽ: ⁊ clangor victorie regis in illo. Deus eduxit illũ de egipto: cuius fortitudo similis ẽ rinocerotis Nõ est augurium in iacob: nec diuinacio ĩ israhel. Temporibꝫ suis dicet̃ iacob et israhel. quid operatus sit deus. Ecce populus vt leena ꝯsurget: ⁊ q̃si leo eriget̃. Nõ accubabit donec deuoret p̃daz: ⁊ occisoꝝ sãguinem bibat Dixitqꝫ balach ad balaam. Nec maledicas ei nec benedicas. Et ille. Nonne ait dixi tibi: ꝙ quicquid de⁹ mihi imperaret hoc facerẽ? Et ait balach ad eũ Veni ⁊ ducam te ad aliũ locũ: si forte placeat deo vt inde maledicas eis. Cũqꝫ duxisset eũ sup verticẽ mõtis phogor qui respicit solitudĩem: dixit ei balaam Edifica mihi hic septẽ aras: ⁊ para totidẽ vitulos eiusdẽqꝫ numeri arietes. Fecit balach vt balaam dixerat: imposuitqꝫ vitulos ⁊ arietes per singulas aras.

¶ Capitulum. XXIIII.

Cunqꝫ vidisset balaam qd̃ placeret dño vt benediceret israheli. neq̃q̃ abijt vt ante perrexerat vt augurium q̃reret. sꝫ dirigens ꝯtra desꝫtũ vultũ suũ. ⁊ eleuãs ocl'os vidit isrl' ĩ tẽtorijs cõmorãtẽ ꝑ tribꝫ suas: ⁊ irruente in se spiritu dei. assumpta parabola ait Dixit balaam fili⁹ beor: dixit hõ cui obturat⁹ ẽ ocl'us dixit auditor sꝫmonẽ dei qui visionẽ oĩpotentis ĩtuitus est: qui cadit. ⁊ sic apiũtur oculi ei⁹ Quãpulcra tab̃nacula tua iacob ⁊ tẽtoria tua isrl': vt valles nemorose. vt orti iuxta fluuios irrigui: vt tab̃nacula q̃ fixit dñs: q̃si cedri ꝓpter aq̃s Fluet aq̃ d̃ situla ei⁹: ⁊ semẽ illi⁹ erit in aq̃s multas. Tollet̃ ꝓpter agag rex ei⁹: ⁊ auferetur regnũ illi⁹. Deus eduxit illũ de egipto: cui⁹ fortitudo sil'is ẽ rinocerotis. Deuorabũt gẽtes hostes illi⁹: ossaqꝫ eoꝝ ꝯfringẽt: ⁊ ꝑforabũt sagittis Accubãs dormiuit vt leo ⁊ q̃si leena quã suscitare nullus audebit. Qui bñdixerit tibi erit ip̃e bñdictus: qui maledixerit ĩ maledictõe reputabit̃. Iratusqꝫ balach ꝯtra balaã: ꝯplosis manibus ait. Ad maledicẽdũ inimicis meis vocaui te. quibꝫ ecõtrario tercõ bñdixisti. Reuertere ad locũ tuũ. Decreuerã quidẽ magnifice honorare te: sꝫ domin⁹ p̃uauit te honore disposito. Rñdit balaam ad balach. Nõne nũcijs tuis q̃s misisti ad me dixi. si dederit mihi balach plenã domũ suã argẽti ⁊ auri. ñ potero p̃terire sꝫmonẽ dñi dei mei. vt vl' boni quid vl' mali ꝓferã ex cord̃ meo: sꝫ quicquid dñs dixerit. hoc loquar Verũtamẽ ꝑgẽs ad ꝓpl'um meũ. dabo ꝯsiliũ: quid ꝓpl'us tu⁹ huic ꝓpl'o faciet extremo tꝑe Sũpta igit̃ ꝑabola. rursũ ait. Dixit balaã fili⁹ beor: dixit hõ cui⁹ obturatus ẽ oculus: dixit auditor sermonum dei. qui nouit doctrinam altissimi. ⁊ visiones omnipotentis videt: qui cadẽs apertos habet oculos. Videbo eum sed nõmodo: ĩtuebor illũ: sꝫ non ꝓpe. Orietur stella ex iacob. et ꝯsurget virga de israhel: et percuciet duces moab. vastabitqꝫ omnes filios seth: et erit ÿdumea possessio eius Hereditas seir cedet inimicis suis: israhel vero fortiter aget De iacob erit qui dominet̃: ⁊ ꝑdat reliquias ciuitatis. Cũqꝫ vidisset amalech: assumens parabolam ait Principiũ gẽciũ amalech: cuius extrema perdentur. Vidit quoqꝫ cineũ: ⁊ assumpta parabola ait Robustum quidez est habitaculũ tuũ: sꝫ si in petra posueris nidum tuũ. ⁊ fueris elect⁹ de stirpe cin quamdiu poteris permanere Assur enĩ capiet te. Assũptaqꝫ parabola: iterum locutus est. Heu quis victurus est quando ista faciet deus? Venient in trieribꝫ de ÿtalia. supabũt assirios. vastabũtqꝫ hebreos: ⁊ ad extremũ etiam ip̃i peribunt

Surrexitq; balaã ⁊ reuersus ẽ ĩ locũ suũ: balac q̃ via q̃ venerat rediit. Ca. XXV

Orabat aũt eo tpe israhel in sethĩ ⁊ fornicatus est populus cũ filiabꝫ moab. que vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederũt: ⁊ adorauerunt deos eaꝝ. Iniciatusq; est isrl' beelfegor. Et irat⁹ dñs ait ad moysen . Tolle cũctos pncipes populi. ⁊ suspende eos cõtra solẽ in patibulis: vt auertat furor meus ab isrl'. Dixitq; moyses ad iudices isrl' Occidat vnusquisq; primos suos qui iniciati sũt beelfegor. Et ecce vn⁹ de filijs isrl' intrauit corã frib⁹ suis ad scortũ madianiten. videte moyse ⁊ oĩ turba filioꝝ isrl': qui flebant añ fores tabnaculi. Qd cũ vidisset finees fili⁹ eleazari filij aarõ sacerdotis. surrexit de medio mltitudĩs: ⁊ arepto pugione ingressus ẽ post viꝝ israhelitẽ ĩ lupanar: ⁊ pfodit ambos simul virũ scz ⁊ mulierẽ in locis genitalib⁹. Cessauitq; plaga a filijs isrl': ⁊ occisi sunt vingintiq̃tuor milia hominum. Dixitq; dñs ad moysen Finees filius eleazari filij aaron sacerdotis auertit irã meã a filijs israhel : qr zelo meo cõmotus est ptra eos: vt nõ ipe delerem filios israhel in zelo meo. Idcirco loquere ad eũ. Ecce do ei pacem federis mei ⁊ erit tam ipi q̃ semini ei⁹ pactũ sacerdocij sempiternũ: qr celat⁹ ẽ p deo suo . ⁊ expiauit scel⁹ filioꝝ isrl'. Erat aũt nomen viri israhelite qui occisus ẽ cũ madianitide zambri fili⁹ salu: dux de cognacõe ⁊ tribu symeonis Porro mulier madianitis q̃ pariter interfecta est vocabat cozbi: filia surpncipis nobilissimi madiãitaꝝ. Locutusq; ẽ dñs ad moysen dicens. Hostes vos sẽciant madianite ⁊ pcutite eos: qr ⁊ ipi hostiliter egerũt ptra vos. ⁊ decepere insidijs p ydolũ phogor. ⁊ cozbi filiam ducis madiã sororẽ suã: que pcussa est in die plage p sacrilegio phogor.

Capitulum. .XXVI.

Postq̃ noxioꝝ sanguis effusus est: dixit dñs ad moysen ⁊ eleazarum filium aaron sacerdotem. Numerate omnem sũmam filiorum israhel a viginti annis ⁊ supra per domos et cognacões suas: cũctos qui possunt ad bella pcedere Locuti sũt itaq; moyses ⁊ eleazar sacerdos ĩ cãpestrib⁹ moab sup iordanen ptra hiericho ad eos qui erãt a viginti annis ⁊ sup sic dñs ĩperarat: q̃ꝝ ẽ iste numer⁹ Rubẽ: pmogenit⁹ isrl'. Hui⁹ fili⁹ enoch. a q̃ familia enochitaꝝ: ⁊ phallu : a q̃ familia phalluitarũ: ⁊ esrom. a q̃ familia esromitarũ: ⁊ charmi. a q̃ familia charmitaꝝ Hi sũt familie d̃ stirpe rubẽ: q̃ꝝ numer⁹ iuent⁹ ẽ q̃dragĩtatria milia ⁊ septĩgẽti trigĩta Fili⁹ phallu eliab: hui⁹ filij namuhel ⁊ dathã ⁊ abirõ Isti sũt dathan ⁊ abirõ . prĩcipes ppli qui surrexerũt ptra moysen ⁊ aaron ĩ sedicõe chore. qñ aduersus dñm rebellauerũt: ⁊ aperiens terra os suũ deuorauit chore moriẽtib⁹ plurimis: qñ combussit ignis ducẽtos quinq̃gĩta viros. Et factũ ẽ grãde miraculũ: vt chore pereũte filij illi⁹ nõ perirẽt Filij symeon p cognacões suas. namuhel ab hoc familia namuhelitaꝝ: iamin ab hoc familia iaminitaꝝ: iachin. ab hoc familia iachinitaꝝ: zare ab hoc familia zareitaꝝ: saul. ab hoc familia saulitarum Hi sũt familie d̃ stirpe symeõ : q̃ꝝ oĩs numer⁹ fuit vigĩtiduũ miliũ ducentoꝝ. Filij gad p cognacões suas: sephon. ab hoc familia sephonitaꝝ. aggi. ab hoc familia aggitaꝝ: suni. ab hoc familia sunitaꝝ: ozni. ab hoc familia oznitaꝝ: her. ab hoc familia heritaꝝ: arod. a q̃ familia aroditaꝝ: arihel. ab hoc familia arihelitaꝝ. Iste sũt familie gad q̃ꝝ oĩs numer⁹ fuit q̃draginta milia quingentoꝝ . Filij iuda. her ⁊ onan: qui ambo mortui sũt in terra chanaan Fuerũtq; filij iuda p cognacões suas: sela a q̃ familia selaitaꝝ: phares. a q̃ familia pharesitarũ zare. a q̃ familia zareitaꝝ Porro filij phares: esrom. a q̃ familia esromitaꝝ: ⁊ amul a quo familia amulitaꝝ. Iste sunt familie iuda: quarũ omnis numer⁹ fuit septuagintasex milia quingentoꝝ. Filij ysachar per cognacões suas: thola. a quo familia tholaitaꝝ: phua. a quo familia phuaitaꝝ iasub. a quo familia iasubitarum: semran a quo familia semranitarum . Hi sunt cognacões ysachar: q̃ꝝ numerus fuit sexaginta q̃tuor milia trecentoꝝ Filij zabulon p cognacões suas: sared . a quo familia saraditaꝝ: helõ. a quo familia helonitarũ ialel . a q̃ familia ialelitaꝝ . Hi sunt cognacões zabulon: quarum numerus fuit sexaginta milia quĩgentoꝝ Filij ioseph per cognacões suas manasses ⁊ ephraim

de manasse ort⁹ est machir:a quo familia machiritarũ. Machir genuit galaad:a q̃ familia galaaditar. Galaad habuit filios iezer:a quo familia iezeritarum: ⁊ elech. a quo familia elechitarũ: ⁊ asrihel. a quo familia asrihelitarum: ⁊ sechem. a quo familia sechemitharũ: ⁊ semida. a quo familia semidaitar. ⁊ epher. a q̃ familia epheritar. Fuit aũt epher pr̃ salphaad: qui filios non habebat sed tantũ filias q̃rũ ista sũt noa:maala. ⁊ noa. ⁊ egla. ⁊ melcha. et thersa Hee sũt familie manasse: ⁊ numer⁹ ear quinq̃gintaduo milia septingentor. Filij aũt ephraim per cognacões suas fuerunt hij Suthala.a quo familia suthalaitar:becher.a quo familia becheritar. thehẽ.a quo familia thehenitar Horro filius suthala fuit herã:a quo familia heranitarũ.Hee sũt ꝯgnacões filior ephraim:q̃r numer⁹ fuit trigintaduo milia quingentor. Isti sũt filij ioseph p familias suas. Filij beniamin ĩ cognacõnib⁹ suis:bale.a quo familia baleitar: azbel.a quo familia azbelitarũ:achirã.a quo familia achiramitar:suphã.a quo familia suphamitarũ:uphã.a quo familia uphanitar. Filij bale:hered ⁊ noeman . De hered familia hereditarũ:de noeman familia noemanitarũ.Hij sũt filij beniamin p cognacões suas quor numerus q̃dragintaquinq; milia sex centor . Filij dan p cognacões suas:suban.a quo familia subanitarũ. Hee cognacões dan per familias suas.Omes fuere subanite:quor numer⁹erat sexagintaq̃tuor milia q̃drigentor:Filij aser p cognacões suas:iemna.a quo familia iemnaitar:iessui.a quo familia iessuitarum. brie a quo familia brieitar. Filij brie haber.a quo familia haberitarum:⁊ melchihel.a quo familia melchihelitarus Nome aũt filie aser fuit sara.Hee cognacões filior aser:⁊ numerus eor quinq̃gintatria milia.q̃dringentor . Filij neptalim p cognacões suas:iessihel.a quo familia iessihelitar:guni.a quo familia gunitarum iaser.a quo familia iaseritar:sellẽ.a quo familia sellemitar.Hee sũt cognacões filiorũ neptalim per familias suas . quorum numerus q̃dragintaquinq; milia.q̃dringẽtorum . Ista est summa filiorum israhel qui recensiti sunt.sexcenta milia.et mille septingentitriginta.Locutusq; est dns ad moysen dicens. Istis diuidet terra iuxta numerũ vocabulor in possessiones suas. Pluribꝰ maiorẽ ptẽ dabis.et pautioribus minorẽ:singlis sicut nũc recensiti sũt tradet possessio:ita dũtaxat. vt sors terrã tribubꝰ diuidat ⁊ familijs. Quicquid sorte cõtigerit.hoc vl' plures accipiãt vel pautiores Hic quoq; ẽ numer⁹ filior leui p familias suas Gerson.a quo familia gersonitarũ:caath.a quo familia caathitar:merari.a quo familia meraritar. Hee sũt familie leui.familia lobni.familia hebroni.familia mooli.familia musi. familia chori. Atvero caath.genuit amram:qui habuit uxorẽ iochabeth filiã leui.q̃ nata ẽ ei in egipto Hec genuit viro suo amrã filios aaron ⁊ moysen:⁊ mariã sororẽ eor De aaron orti sũt nadab ⁊ abiu ⁊ eleazar ⁊ ithamar:quor nadab ⁊ abiu mortui sũt.cum obtulissent ignẽ alienũ corã dño. Fuerũt q; omnes qui murmurati sũt vignititria milia generis masculini ab vno mẽse ⁊ supra:qui ñ sũt recensiti inter filios israhel. nec eis cũ ceteris data possessio est Hic est numerus filior israˀ. qui descripti sunt a moyse ⁊ eleazaro sacerdote ĩ cãpestribus moab supra iordanen ꝑtra ihericho.inter quos nullus fuit eor qui ãte murmurati sũt a moyse ⁊ aaron in deserto ysynai. Predixerat ei dns q̃ oes morerẽt in solitudie Nullusq; remãsit ex eis : nisi chaleph filiꝰ iephone.⁊ iosue filiꝰ nun.

Capitulũ. .XXVII.

Accesserũt aũt filij salphaad.filij epher.filij galaad.filij machir. filij manasse.qui fuit filius ioseph. q̃rum sunt nomina.maala.⁊ noa.⁊ egla.⁊ melcha.⁊ thersa:stetěruntq; corã moyse ⁊ eleazaro sacerdote ⁊ cunctis ꝓncipib⁹ ꝓli ad ostium tabernaculi federis.atq; dixerũt Pater noster mortuus est in deserto : nec fuit in sedicõne que concitata est ꝑtra dominũ sub chore:sꝫ in pẽto suo mortuꝰ est Hic ñ habuit mares filios . Cur tollit nomẽ illiꝰ ꝺ familia sua:q; nõ habꝫ filiũ. Da te nob⁹ possessionẽ ĩter cognatos pris nri Retulitq; moyses causã eaꝝ ad iudicium dñi Qui dixit ad eũ Justã rẽ postulãt filie salphaad:da eis possessiõez ĩter ꝓgtos

patris sui: et ei in hereditatem succedant. Ad filios aũt isrl' loqueris hec. Homo cũ mortuꝰ fuerit absq; filio. ad filiã eiꝰ trãsibit hereditas: si filiã ñ habuerit: habebit successores frres suos. Quòd si et frres ñ fuerit habitis hereditatẽ frib⁹ ptis eiꝰ Sin autẽ nec patruos habuerit: habitur hereditas hijs qui ei ꝓximi sũt. Eritq; hoc filijs isrl' sanctũ lege ꝑpetua: sicut ꝓcepit dñs moysi. Dixit q̃; dñs ad moysẽ. Ascẽde ī mõtez istũ abarim: et ꝓspice inde terrã quã dabitur filijs isrl' Cũq; videris eã. ibis et tu ad ꝓplum tuũ sicẽ iuit frater tuꝰ aarõ: quia offẽdistis me ī deserto sin ī ꝓtradicõne multitudĩs: nec sãctificare me voluistis coram ea sup aq̃s Hee sũt aq̃ ꝓtradicõnis ī cades deserti sin. Cui rñdit moyses. Prouideat dñs deꝰ spirituũ oĩs carnis hoĩem qui sit sup multitudinẽ hãc: et possit exire et ītrare ãte eos et educere eos vl' ītroducere: ne sit ꝓplus dñi sicẽ oues absq; pastore. Dixitq; dñs ad eũ. Tolle iosue filiũ nũ virũ in q̃ ẽ spũs dei: et pone manũ tuã sup eũ Qui stabit corã eleazaro sacerdote et oĩ multitudĩe et dabis ei ꝓcepta cũctis videntibꝫ. et ptẽ glie tue: vt audiat eũ oĩs synagoga filioꝝ isrl' Pro hoc si quid agenduz erit. eleazar sacerdos ꝓsulet dñm. Ad verbũ eius egredietur et ingredietur. ipe et omnes filij isrl' cũ eo: et cetera multitudo. Fecit moyses vt ꝓcepat dñs. Cũq; tulisset iosue. statuit eũ corã eleazaro sacerdote et omni frequẽcia ꝓplí: et imposítis capiti eius manibus. cũcta replicauit que mandauerat dominus

Capitulũ. XXVIII.

Dixit quoq; dñs ad moysen. Precipe filijs israhel: et dices ad eos. Oblacõnem meam et panes. et incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua. Hec sunt sacrificia que offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in olocaustum sempiternũ vnum offeretis mane. et altez ad vesperũ: decimam partem ephi simile. que ꝓsparsa sit oleo purissimo. et habeat quartam partez hin. Olocaustum iuge est quod obtulistis in monte synai in odorem suauissimum incensi dñi. Et libabitis vini quartã partem hin p agnos sīgl'os in sanctuario dñi: alterũq; agnũ similiter offeretis ad vesperã iuxta oẽm ritũ sacrificij matutini et libamentoꝝ eius oblacõnem suauissimi odoris dño. Die autez sabbati offeretis duos agnos ãniculos immaculatos. et duas decimas simile oleo ꝓsperse in sacrificio: et liba que rite funduntur per singula sabbata in olocausto sempiterno. In kalendis aũt id est in mensium exordijs offeretis olocaustum domino. vitulos de armẽto duos. arietem vnũ. agnos ãniculos septem immaculatos: et tres decimas simile oleo ꝓsperse in sacrificio p singulos vitulos: et duas decimas simile oleo ꝓsperse p singl'os arietes: et decimã decime simile ex oleo in sacrificio per agnos singulos Holocaustũ suauissimi odoris atq; ignei dño Libamẽta aũt vini que p singl'as fundenda sũt victimas. ista erunt. Media pars bin p singulos vitulos: tercia p arietem: quarta p agnũ. Hoc erit olocaustũ p oẽs mẽses: qui sibi ãno vertente succedũt. Hirc⁹ quoq; offerẽt dño p peccatis ī olocaustũ sempiternũ cũ libamẽtis suis. Mense aũt ꝑmo. q̃rtadecima die mẽsis phase dñi erit: et quintadecia die solẽnitas. Septẽ die bz vescent azimis: q̃rũ dies ꝑma venerabilis et sancta erit. Omne opꝰ seruile nõ facietis ī ea. Offeretisq; ī incẽsũ olocaustũ dño vitulos de armẽto duos. arietem vnũ. agnos ãniculos ĩmaculatos septẽ. et sacrificia singuloꝝ ex simila q̃ ꝓsperſa sit oleo tres decimas per singl'os vitulos. et duas decimas per arietem. et decimam decime p agnos singulos. id est per septem agnos: et hircum pro peccato vnum vt expiet̃ p vobis: preter olocaustum matutinum qđ sp offeretis: ita facietis per singulos dies septẽ diez. in fomitẽ ignis et in odorẽ suauissimũ dño: qui surget đ olocausto et đ libacõibꝫ singl'oꝝ. Dies quoq; septimꝰ celeberrimꝰ et sãctus erit vob. Omne opꝰ seruile nõ facietis in eo. Dies etiã ꝑmitiorũ qñ offeretis nouas fruges dño expletis ebdomatibꝫ: venerabilis et sãcta erit Omẽ opus seruile non facietis in ea. Offeretisqꝫ olocaustum in odorem suauissimũ domino. vitulos de armento duos. arietem vnũ agno ãniculos immaculatos septez: atqꝫ in sacrificijs eoꝝ simile oleo ꝓsperse tres decimas p singl'os vitulos. p arietes duas. p agnos decimam decime qui simul sũt agni septẽ: hircũ quoqꝫ qui mactatur

ꝑ expiacõne ꝓter olocaustũ sẽpiternũ et liba eiꝰ. In maculata offeretis oĩa cũ liba cõibꝫ suis. ¶ Capi. XXIX.

MEnsis eciaꝫ septimi prima dies venerabilis ꝛ sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis in ea quia dies clangoris est ꝛ tubarum. Offeretisqꝫ olocaustum in odorem suauissimũ domino. vitulũ de armẽto vnũ ꝛ arietem vnum. ꝛ agnos anniculos ĩmaculatos septẽ: ꝛ in sacrificijs eoꝝ siłe oleo cõsperse tres decĩas ꝑ singłos vitulos. duas decimas ꝑ arietẽ vnã decimã ꝑ agnũ qui simł sũt agni septẽ: et hircũ ꝑ peccato qui offerẽ in expiacõnẽ ꝓpłi ꝓter olocaustũ kalendaꝝ cũ sacrificijs suis. ꝛ olocaustũ sempiternũ cũ libacionibꝫ solitis. Eisdem ceremonijs offeretis in odorẽ suauissimũ in cẽsũ dño. Decima quoqꝫ dies mẽsis huiꝰ septimi erit vobis sancta atqꝫ venerabił: ꝛ affligetis animas vĩas Omne opus seruile nõ facietis ĩ ea. Offeretisqꝫ olocaustũ dño in odorem suauissimũ. vitulũ de armẽto vnũ. arietẽ vnũ. agnos ãniculos immaculatos septẽ: ꝛ in sacrificijs eoꝝ simile oleo ꝑsperse tres decimas ꝑ singłos vitulos. duas decimas ꝑ arietẽ. decimã decime ꝑ agnos singłos qui sũt simul septem agni. ꝛ hircũ ꝑ peccato: absqꝫ bijs que offerri ꝑ delicto solent in expiacõeꝫ ꝛ ĩ olocaustũ sempiternũ in sacrificio ꝛ libaminibꝫ eoꝝ. Quintadecima vero die mensis septimi que vobis sancta erit atqꝫ venerabilis: omne opus ꝟuile non facietis in eaꝫ celebrabitis solẽnitatem domino septeꝫ diebꝫ. Offeretisqꝫ olocaustum in odorem suauissimũ dño vitulos de armento tredecim. arietes duos. agnos ãniculos immaculatos quatuordecim: ꝛ ĩ libamẽtis eoꝝ simile oleo ꝑsperse. tres decĩas ꝑ vitulos singulos qui sunt simul vituli tredecĩ. et duas decimas arieti vno. ibẽ simul arietibꝫ duobus ꝛ decimam decime agnis singulis qui sunt simul agni quatuordecim: ꝛ hircũ ꝑ peccato absqꝫ olocausto sempiterno. ꝛ sacrificio ꝛ libamine eius. In die altero offeres vitulos de armento duodecim. arietes duos. agnos ãniculos immaculatos q̃tuordecĩ: sacrificiaqꝫ ꝛ libamĩa singłoꝝ ꝑ vitulos ꝛ arietes et agnos ritꝫ celebrabis: ꝛ hircũ ꝑ peccato absqꝫ olocausto sempiterno sacrificio eiꝰ ꝛ libamine eius. In die altero offeres vitulos de armento duodecim. arietes duos. agnos ãniculos immaculatos q̃tuordecĩ: sacrificiaqꝫ ꝛ libamĩa singłoꝝ ꝑ vitulos ꝛ arietes ꝛ agnos ritꝫ celebrabis: ꝛ hircũ ꝑ peccato absqꝫ olocausto sempiterno. sacrificioqꝫ ꝛ libamĩe eiꝰ. Die q̃rto offeres vitulos decẽ. arietes duos agnos ãniculos ĩmaculatos q̃tuordecĩ: sacrificiaqꝫ ꝛ libamĩa singłoꝝ ꝑ vitulos et arietes ꝛ agnos ritꝫ celebrabis: ꝛ hircum ꝑ peccato absqꝫ olocausto sempiterno sacrificioqꝫ eiꝰ ꝛ libamine. Die quinto offeres vitulos nouẽ. arietes duos. agnos ãniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaqꝫ ꝛ libamĩa singłoꝝ ꝑ vitulos et arietes ꝛ agnos ritꝫ celebrabis: ꝛ hircum ꝑ peccato absqꝫ olocausto sempiterno sacrificioqꝫ eius ꝛ libamine. Die sexto offeres vitulos octo. arietes duos. agnos anniculos immaculatos q̃tuordecim: sacrificiaqꝫ ꝛ libamĩa singłoꝝ ꝑ vitulos ꝛ arietes ꝛ agnos ritꝫ celebrabis: ꝛ hircũ ꝑ peccato absqꝫ olocausto sẽpiterno sacrificioqꝫ eiꝰ ꝛ libamine. Die septĩo offeres vitulos septẽ ꝛ arietes duos agnos ãniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaqꝫ ꝛ libamina singłoꝝ ꝑ vitulos ꝛ arietes et agnos ritꝫ celebrabis: ꝛ hircũ ꝑ peccato absqꝫ olocausto sẽpiterno sacrificioqꝫ eiꝰ ꝛ libamine. Die octauo qui ẽ celeberrimꝰ omne opꝰ ꝟuile non facietis offerẽtes olocaustũ in odorem suauissimũ dño vitulũ vnũ arietẽ vnũ. agnos anniculos immaculatos septẽ: sacrificiaqꝫ ꝛ libamina singulos ꝑ vitulos ꝛ arietes ꝛ agnos ritꝫ celebrabĩ. ꝛ hircũ ꝑ peccato absqꝫ olocausto sempiterno sacrificioqꝫ eiꝰ ꝛ libamĩe. Hec offeretis dño ĩ solẽnitatibꝫ vĩis. preter vota ꝛ oblacões spõtaneas ĩ olocaustoꝫ ĩ sacrificio in libamine ꝛ ĩ hostijs pacificis

¶ Capitulum. XXX.

ARrauitqꝫ moyses filijs isrł omĩa que ei dominus imperarat. et locutus est ad principes tribuum filiorum israhel. Iste est sermo quem precepit dominus. Siquis virorum votum domino vouerit. aut se constrinxerit iuramento: nõ faciet irritum verbũ suũ: sed omne qꝛ ꝓmisit ĩplebit. Mulier si quippiã

vouerit ⁊ se ꝓstrinxerit iuramẽto q̃ ẽ ĩ do
mo patris sui. ⁊ in etate adhuc puellari: si
ꝓgnouerit pr̃ votũ qđ pollicita ẽ. ⁊ iura-
mẽtũ q̃ obligauit animã suã ⁊ tacuerit:
voti rea erit. Quicquid pollicita ẽ ⁊ iura
uit. opere cõplebit Sin aũt statĩ vt audie
rit ꝓtradixerit pr̃: ⁊ vota ⁊ iuramẽta ei⁹ ir
rita eẽt: nec obnoxia tenebit spõsioni eo
q̃ ꝓtradixerit pr̃ Si maritũ habuẽit ⁊ vo
uerit aliquid ⁊ semel de ore ei⁹ ꝟbũ egredi
ens. aĩam ei⁹ obligauerit iuramẽto: q̃ die
audierit vir ⁊ ñ ꝓtradixerit. voti rea erit
reddetq; qđcũq; ꝓmiserat. Sin aũt audi-
ens statĩ ꝓtradixerit ⁊ irritas fecerit pol-
licitacões ei⁹. verbaq; quib⁹ obstrinxerat
aĩam suã: ꝟpicius erit ei dñs. Vidua ⁊ re-
pudiata quicquid vouerit reddet. Vxor ĩ
domo viri cũ se voto ꝓstrinxerit ⁊ iura-
mento: si audierit vir ⁊ tacuerit nec ꝓtra
dixerit spõsioni: reddet qđcũq; ꝓmiserat.
Sin aũt exemplo ꝓtradixerit: nõ tenebi-
tur ꝓmissionis rea q⁹ marit⁹ ꝓtradixit: et
dñs ei ꝟpicius erit. Si vouerit ⁊ iuramen
to se ꝓstrinxerit vt ꝑ ieiuniũ vel cetterarũ
rerum abstinenciam affligat animã suaz
in arbitrio viri erit si faciat siue nõ faci-
at. Qđ si audiens vir tacuerit ⁊ ĩ alterã
diem distulerit sententiam: quicquid vo-
uerat atq; ꝓmiserat reddet: q⁹ statĩ vt au-
diuit tacuit. Sin aũt cõtradixerit postq̃
resciuit: portabit ipe iniquitatem ei⁹. Iste
sunt leges quas ꝓstituit dñs moysi inter
virum ⁊ vxorem: inter patrẽ ⁊ filiaz que
in puellari adhuc etate est: vel que manet
in parentis domo.

Capitulum. XXXI.

Locutusq; est dñs ad moysẽ dicẽs
Vlciscere prius fili⁹ israhel ꝺ ma-
dianitis: ⁊ sic colligeris ad ꝟplum
tuum. Statimq; moyses armate inquit
ex vobis viros ad pugnam: qui possint vl
cõnem domini expetere de madianitis.
Mille viri ꝺ singulis tribub⁹ eligantur ex
israhel: qui mittantur ad bellum Dedẽrt-
q; millenos de singul' tribub⁹ id ẽ duode-
cim milia expeditor ad pugnã: q̃s misit
moyses cũ phinees filio eleazari sacerdo-
tis: vasaq; sãcta ⁊ tubas ad clangendum
tradidit ei. Cũq; pugnassent ꝓtra madia-
nitas atq; vicissent. omnes mares occide
rũt ⁊ reges eor̃ eui ⁊ recen. ⁊ sur. et vr. et
rebe quinq; ꝓncipes gẽtis: balaã q̃; filiũ
beor interfecerũt gladio: ceperũtq; ml'ieres
eor̃ ⁊ puulos oĩaq; pecora ⁊ cũctam sup-
pellectilẽ. Quicquid habere potterãt depo
pulati sunt: tã vrbes q̃ viculos. ⁊ castel-
la flãma ꝓsumpsit. Et tulerũt predã ⁊ uni
uersa que ceperant tam ex hominib⁹ q̃ ex
iumentis: ⁊ ꝓduxerũt ad moysẽ ⁊ eleaza-
rũ sacerdotẽ ⁊ ad oẽm ml'titudinẽ filiorũ
israhel Reliqua aũt vtensilia portauerũt
ad castra in cãpestribus moab: iuxta ior-
danen ꝓtra iericho. Egressi sũt aũt moy
ses ⁊ eleazar sacerdos ⁊ oẽs ꝓncipes sy̅na-
goge in occursum eorum extra castra Ira
tusq; moyses ꝓncipib⁹ exercitus tribunis
⁊ centurionibus qui venerãt de bello ait.
Cur feminas reseruastis? Nonne iste sunt
q̃ deceperũt filios isrl' ad suggestionez ba-
laam. ⁊ ꝓuaricari fecerũt vos in domino
sup peccato phogor vñ ⁊ ꝓcussus ẽ popu-
lus? Ergo cũctas interficite. Quicquid est
generis masculini etiã in paruulis: ⁊ mu-
lieres q̃ nouerũt viros ĩ coitu iugulate: pu
ellas aũt ⁊ oẽs feminas virgines reſuate
vob⁹: ⁊ manete extra castra septem diebus
Qui occiderit hominẽ. vel occisũ tetigerit
lustrabitur die tercio ⁊ septimo. Et ꝺ om
ni preda siue vestimentuz fuerit siue vas
⁊ aliquid in vtensilia preparatuz ꝺ capra
rum pellibus ⁊ pilis ⁊ ligno expiabitur.
Eleazar quoq; sacerdos ad viros exerci-
tus qui pugnauerãt sic locutus est Hoc p̃
ceptum legis: qđ mandauit deus moysi.
Aurum ⁊ argentum ⁊ es ⁊ ferrũ ⁊ plũbuz
⁊ stannum ⁊ omẽ qđ potest trãsire ꝑ flam
mas. igne purgabit̃: quicquid aũt ignem
nõ potest sustinere. aq̃ expiacõnis sãctifi-
cabit̃: ⁊ lauabitis vestimẽta vestra die se-
ptimo. ⁊ purificati postea castra ĩtrabitis
Dixit quoq; dñs ad moysen. Tollite sum
mã eor̃ que capta sũt ab homine vsq; ad
pec⁹ tu ⁊ eleazar sacerdos. ⁊ ꝓncipes vul
gi: diuidesq; ex equo predã inter eos qui
pugnauerunt ⁊ egressi sũt ad bellũ ⁊ ĩter
oẽm reliquam multitudinem: ⁊ separabis
ptem dño ad bijs qui pugnauerũt ⁊ fuerũt
in bello vnam animam de quingentis taz
ex hominibus q̃ ex bobus et azinis et o-
uibus: et dabis eam eleazaro sacerdoti:
quia primicie domĩ sunt. Ex media quo-
q; ꝑte filior̃ israhel accipies quĩq̃gesimũ

curuauit genua ꝓtra heliã: ⁊ precat⁹ ẽ eũ ⁊ ait. Domo dei: noli despicere aiam meã. ⁊ aias seruoꝝ tuoꝝ qui mecũ sũt. Ecce de scẽdit ignis de celo ⁊ deuorauit duos ꝑnci pes quinq̃genarios ꝑmos: et quinq̃genos qui cũ eis erãt. Sed nũc obsecro vt miserearis aie mee. Locutus ẽ aũt ãgel⁹ dñi ad heliã dicẽs. Descẽde cũ eo. Ne timeas. Surrexit igitur ⁊ descẽdit cũ eo ad regẽ: et locutus ẽ ei. Hec dicit dñs. Quia misisti nũcios ad ꝙsulendũ beelzebub deum acharõ quasi nõ esset deus in israhel a quo posses interrogare sermonẽ: ideo de lectulo sup quẽ ascendisti non descẽdes sed morte morieris. Mortuus est autẽ iuxta sermonem dñi quẽ locutus est helias: ⁊ regnauit ioram frater eius ꝑ eo: anno secũdo ioram filij iosaphat regis iude. Non eĩ habebat filium. Reliqua aũt verborum ochozie que operat⁹ est. nõne hec scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ israhel?

Capitulũ. .II.

Factũ est aũt cũ leuare vellet dñs heliã ꝑ turbinẽ in celũ: ibãt helias ⁊ heliseus de galgalis. Dixitq; helias ad heliseum. Sede hic: quia dominus misit me vsq; in bethel. Cui ait heliseus. Viuit dominus. ⁊ viuit anima tua: qz nõ derelinquã te. Cũq; descendissent bethel: egressi sunt filij prophetaꝝ qui erant ĩ bethel ad heliseum: ⁊ dixerunt ei. Nunquid nosti: quia hodie dñs tollet dominũ tuũ a te? Qui respondit. Et ego noui. Silete. Dixit autẽ helias ad heliseum. Sede hic: quia dñs misit me in hiericho. Et ille ait. Viuit dominus. ⁊ viuit anima tua: quia non derelinquam te. Cunq; venissent hiericho: accesserunt filij prophetaꝝ qui erant in hiericho ad heliseum: ⁊ dixerũt ei. Nũquid nosti: quia dominus hodie tollet dominũ tuũ a te? Et ait. Et ego noui. Silete. Dixit autẽ ei helias. Sede hic: qz dñs misit me vsq; ad iordanẽ. Qui ait. Viuit dominus. ⁊ viuit aĩa tua: quia nõ derelinquam te. Jerunt igitur ambo pariter: et quinq̃ginta viri de filijs prophetarum secuti sunt eos. Qui ⁊ steterunt ecõtra longe. Illi autem ambo stabant sup iordanẽ Tulitq; helias pallium suum et inuoluit illud et percussit aquas que diuise sunt in vtrãq; partem ⁊ transierunt ambo ꝑ siccũ

Cunq; transissent: helias dixit ad heliseũ. Postula quod vis: vt faciã tibi antequ tollar a te. Dixitq; heliseus. Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tu⁹. Qui rñdit. Rẽ difficilẽ postulasti. Attamen si videris me ãndo tollar a te erit quod petisti: si autẽ nõ videris. nõ erit. Cũq; ꝑgerent ⁊ incedẽtes sermocinarẽtur: ecce currus igneus ⁊ equi ignei diuiserunt vtrũq;. Et ascendit helias per turbinẽ in celũ: heliseus autem videbat: ⁊ clamabat. Pater mi pater mi: currus israhel ⁊ auriga eius. Et nõ vidit eũ amplius. Apprehẽditq; vestimẽta sua: ⁊ scidit illa ĩ duas partes. Et leuauit pallium helie qđ ceciderat ei. Reuersusq; stetit sup ripã iordanis: ⁊ pallio helie quod ceciderat ei ꝑcussit aq̃s: ⁊ nõ sũt diuise. Et dixit. Ubi ẽ de⁹ helie eciã nũc? Percussitq; aq̃s: ⁊ diuise sũt huc atq; illuc: et transijt heliseus. Videntes autẽ filij prophetaꝝ qui erant in hiericho decõtra dixerũt. Requieuit spiritus helie sup heliseum. Et venientes in occursũ eius adorauerũt eũ ꝑni in terrã: dixeruntq; illi. Ecce cũ seruis tuis sũt quinquaginta viri fortes. qui possunt ire. ⁊ querere dominũ tuũ: ne forte tulerit eũ spiritus domini ⁊ proiecerit eũ ĩ vnũ montiũ aut in vnã vallium. Qui ait Noli te mittere. Coegeruntq; eũ: donec acquiesceret ⁊ diceret. Mittite. Et miserũt quinq̃ginta viros. Qui cũ quesissẽt tribus diebꝫ non inuenerunt. Et reuersi sunt ad eum At ille habitabat in hiericho: et dixit eis. Nũquid nõ dixi vob: nolite mittere? Dixerũt quoq; viri ciuitatis ad heliseum. Ecce habitacõ ciuitatis huius optima est sicut tuipse domĩe prospicis: sed aque pessime sũt: ⁊ terra sterilis. At ille ait. Afferte mihi vas nouum: et mittite in illud sal. Qđ cum attulissent: egressus ad fontem aquarum misit in illum sal: et ait. Hec dicit dominus. Sanaui aquas has: et non erit vltra in eis mors neq; sterilitas. Sanate sunt ergo aque vsq; in diem hanc: iuxta verbum helisei quod locutus est. Ascendit autem inde heliseus in bethel. Cunq; ascenderet per viam pueri parui egressi sunt de ciuitate: et illudebant ei dicentes. Ascende calue: ascende calue. Qui cum respexisset vidit eos: et maledixit eis in nomine domini. Egressiq; sunt duo vrsi. de saltu:

⁊ lacerauerũt ex eis quadragintaduos pueros. Abijt aũt inde in montem carmeli: ⁊ inde reuersus est in samariam.

Capitulũ. .III.

IOram vero filius achab regnauit super israhel in samaria: anno decimooctauo iosaphat regis iude. Regnauitq; duodecim annis: ⁊ fecit malum coram domino: sed nõ sicut pater suus ⁊ mater. Tulit enĩ statuas baal quas fecerat pater eius: verũtamen in peccatis hieroboam filij nabath q̃ peccare fecit israhel adhesit: nec recessit ab eis. Porro mesa rex moab nutriebat pecora multa: et soluebat regi israhel centũ milia agnoꝝ. ⁊ centũ milia arietũ cum velleribꝫ suis. Cũq; mortuus fuisset achab: preuaricatus ẽ fedus qd̃ habebat cũ rege israhel. Egressꝰ est igitur rex iorã in die illa de samaria: et recensuit vniuersum israhel: misitq; ad iosaphat regem iuda dicens. Rex moab recessit a me: veni mecum ꝯtra eũ ad preliũ. Qui respondit. Ascendam. Qui meus est tuus est: populus meus populus tuus: et equi mei equi tui. Dixitq;. Per quam viã ascendemus? At ille respondit. Per desertum ÿdumee. Perrexerunt igitur rex israhel ⁊ rex iuda ⁊ rex edom. ⁊ circuierunt per viam septẽ dierũ: nec erat aqua exercitui ⁊ iumentis que sequebantur eos. Dixitq; rex israhel. Heu heu heu. Congregauit nos dominus tres reges: vt traderet ĩ manu moab. Et ait iosaphat. Est ne hic propheta domini: vt deprecemur dominũ per eum? Et respondit vnus de seruis regis israhel. Est hic heliseus filius saphat: qui fundebat aquam sup̃ manus helie. Et ait iosaphat. Est apud eũ sermo dñi? Descenditq; ad eũ rex israhel ⁊ iosaphat rex iuda: ⁊ rex edom. Dixit autem helise⁹ ad regem israhel. Quid mihi ⁊ tibi est? Vade ad prophetas patris tui ⁊ matris tue. Et ait illi rex israhel. Quare congregauit dominus tres reges hos vt traderet eos in manus moab? Dixitq; ad eum heliseus. Viuit dominus exercituũ in cuius cõspectu sto: q̃ si nõ vultum iosaphat regis iude erubescerem: non attendissem quidẽ te nec respexissem. Nunc autem adducite mihi psalten. Cunq; caneret psaltes: facta ẽ super eum manus domini. Et ait. Hec dicit dñs. Facite alueum torrẽtis hui⁹ fossas ⁊ fossas. Hec eĩ dicit dñs Nõ videbitis ventũ neq; pluuiã: ⁊ alue⁹ iste replebit̃ aquis: ⁊ bibetis vos ⁊ familie vr̃e ⁊ iumenta vestra. Parũq; est hoc in cõspectu dñi: insup̃ tradet eciã moab ĩ manus vestras. Et p̃cucietis omnẽ ciuitatẽ munitã ⁊ omnem vrbẽ electã: ⁊ vniuersũ lignũ fructiferum succidetis cũctosq; fontes aquaꝝ obturabitis ⁊ omnẽ agrũ egregiũ operietis lapidibꝫ. Factũ est igitur mane quãdo sacrificiũ offerri solet: ⁊ ecce aque ueniebãt per viam edom. Et repleta ẽ terra aquis. Vniuersi aũt moabite audientes quod descendissent tres reges vt pugnarẽt aduersus eos conuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo desuper: ⁊ steterunt ĩ terminis primoq; mane surgentes. ⁊ orto iã sole ex aduerso aquarũ: viderunt moabite econtra aquas rubras quasi sanguinez: dixerũtq;. Sanguis gladij est. Pugnauerunt reges ꝯtra se: ⁊ cesi sũt mutuo. Nũc perge ad predã moab. Perrexeruntq; in castra israhel. Porro cõsurgens israhel p̃cussit moab: ⁊ illi fugerunt coraz eis. Venerũt igitur qui vicerant. ⁊ percusserunt moab. ⁊ ciuitates destruxerunt: ⁊ omnem agrum optimum mittentes singuli lapides repleuerunt: ⁊ vniuersos fontes aq̃ꝝ obturauer̃t: ⁊ omnia ligna fructifera succiderunt: ita vt muri tantum fictiles remanerent. Et circũdata est ciuitas a fundibularijs: ⁊ magna ex parte percussa. Qd̃ cum vidisset rex moab preualuisse scilicet hostes tulit secum septingentos viros educentes gladios vt irrũperent ad regem edom: ⁊ non potuerunt. Arripiensq; filiũ suum primogenitum qui regnatur⁹ erat p̃ eo obtulit olocaustum super murum: ⁊ facta est indignatio magna ĩ israhel. Statimq; recesserũt ab eo. ⁊ reuersi sunt ĩ terram suam.

Capitulũ. IIII.

MVlier autem quedam de vxoribus prophetarum. clamabat ad heliseum dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi. Quid habes in

domo tua? At illa rñdit. Nō habeo ācilla tua quicquā ī domo mea: niſi paꝛ olei q̄ vngar Cui ait . Vade. pete mutuo ab oīb vicinis tuis vaſa vacua ñ pauca: ⁊ īgrede re et claude oſtiū tuū cū ītrīſec? fueris tu ⁊ filij tui. ⁊ mitte īde ī oīa vaſa hec: ⁊ cum plena fuerint tolles Iuit itaq; mulier: et clauſit oſtiū ſup ſe ⁊ ſup filios ſuos. Illi offerebāt vaſa: ⁊ illa īfūdebat Cūq; plena fuiſſēt vaſa: dixit ad filiū ſuū. Affer mihi adhuc vas Et ille rñdit Nō habeo Stetit q; oleū. Venit aī illa ⁊ indicauit homī dī Et ille: Vade īquit vende oleū ⁊ redde credito:i tuo: tu aī ⁊ filij tui viuite de reliq̄. Facta ē aī quedā dies: ⁊ trāſibat heliſe? p ſunā ciuitatē Erat aī ibi mlier magna: q̄ tenuit eū vt comederet panē Cūq; frequē ter īde trāſiret: diuertebat ad eā vt comederet panē Que dixit ad viꝛ ſuū Animad uerto q; vir dei ſcīus ē iſte : qui trāſit per nos frequēter Faciam? g̃ ei cenaculū puū ⁊ ponam? ei in eo lectulū ⁊ menſā ⁊ ſellaz ⁊ cādelabrū: vt cū venerit ad nos maneat ibi. Facta eſt ergo dies quedā: ⁊ veniens diuertit ī cenaculū: ⁊ requieuit ibi Dixit q; ad giezi puerū ſuum. Voca ſunamiten iſtā. Qui cū vocaſſet eā. ⁊ illa ſtetiſſet co:ram eo: dixit ad puerū ſuuz. Loquere ad eā. Ecce ſedule in omnib; miniſtraſti nob quid vis vt faciā tibi ? Nūquid habes ne:gocium : ⁊ vis vt loquar regi ſiue p̄ncipi milicie? Que reſpondit. In medio populi mei habito. Et ait. Quid ergo vult vt fa:ciam ei? Dixitq; giezi. Ne queras. Filium enim nō habet: ⁊ vir eius ſenex eſt. Prece pit itaq; vt vocaret eā. Que cū vocata fu iſſet ⁊ ſtetiſſet ante oſtium: dixit ad eā In tēpoꝛe iſto in hac eadem hoꝛa ſi vita co:mes fuerit: habebis in vtero filiū. At illa Noli queſo dñe mi vir dei. noli mētiri an:cille tue. Et cōcepit mulier: ⁊ peperit filiū in tēpoꝛe. ⁊ ī hoꝛa eadē q̄ dixerat heliſeus. Creuit aī puer: ⁊ cū eſſet q̄dā dies ⁊ egreſ ſus iſſet ad patrē ſuū ad meſſoꝛes: ait pa:tri ſuo. Caput meū doleo At ille dixit pu ero. Tolle: ⁊ duc eū ad matrē ſuam . Qui cū tuliſſet ⁊ duxiſſet eū ad matrē ſuā: po:ſuit eū illa ſup genua ſua vſq; ad meridiē ⁊ moꝛtuus eſt. Aſcendit autē ⁊ collocauit eū ſup lectū hominis dei: ⁊ clauſit oſtium Et egreſſa vocauit viꝛ ſuū. Et ait. Mitte mecū oblecro vnū de pueris ⁊ azinam : vt excurrā vſq; ad hominem dei. et reuertar. Qui ait illi. Quā ob cauſā vadis ad eu? ? Hodie nō ſunt kalende neq; ſabbatū Que reſpondit. Vadam. Strauitq; azinā: et p̄:cepit puero. Mina ⁊ propera: ne mihi mo ram facias in eundo: et hoc age q̄ p̄cipio tibi. Profecta ē igitur: ⁊ venit ad virum dei in montē carmeli. Cunq; vidiſſet eam vir dei decontra: ait ad giezi puerū ſuum. Ecce ſunamitis illa. Vade ergo in occur:ſum eius: et dic ei. Recte ne agiē circa te et circa viꝛ tuū: ⁊ circa filiū tuū? Qui rñ:dit. Recte Cūq; veniſſet ad virū dei ī mō:tem apꝛehēdit pedes eius: et acceſſit giezi vt amoueret eā Et ait homo dei. Dimitte illā. Anima enī eius in amaritudine eſt: et dominus celauit a me . et nō indicauit mihi. Que dixi illi . Nūquid petiui filiū a dño meo? Nūquid nō dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lūbos tu:os: ⁊ tolle baculū meū in manu tua ⁊ vaō Si occurrerit tibi homo nō ſalutes eū: et ſi ſalutauerit te quiſpiam non reſpōdeas illi. Et pones baculū meū ſup faciē pueri Porro mater pueri ait. Viuit dñs ⁊ viuit aīa tua: nō dimittā te. Surrexit ergo: et ſecut? ē eā. Giezi aūt preceſſerat ante eos: ⁊ poſuerat baculū ſuper faciē pueri: ⁊ nō erat voꝛ neq; ſenſus. Reuerſuſq; eſt in oc:curſū ei? : ⁊ nūciauit ei dicēs. Nō ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo heliſeus domum et ecce puer moꝛtuus iacebat in lectulo e:ius . Ingreſſuſq; claudit oſtium ſuper ſe et ſup puerum: ⁊ oꝛauit ad dominum. Et aſcendit. ⁊ incubuit ſuper puerū: poſuitq; os ſuum ſuper os eius ⁊ oculos ſuos ſup oculos eius. ⁊ manus ſuas ſup man? eius ⁊ incuruauit ſe ſup eū: ⁊ calefacta ē caro pueri. At ille reuerſus. deābulabat in do:mo ſemel huc atq; illuc: ⁊ aſcēdit ⁊ īcubu:it ſuper eū. Et oſcitauit puer ſepcies. ape ruitq; oc'os. Et ille vocauit giezi: ⁊ dixit ei. Voca ſunamiten hanc Que vocata in:greſſa eſt ad eum. Qui ait Tolle filiū tuū Venit illa et coꝛuit ad pedes eius: ⁊ ado:rauit ſup terraz Tulitq; filiū ſuū. ⁊ egreſ:ſa eſt: et heliſeus reuerſus eſt in galgala. Erat autem fames in terra: ⁊ filij prophe:tarū habitabant coꝛam eo . dixitq; vni de pueris ſuis. Pone ollā grandem: ⁊ coque

pulmētū filijs ꝓphetaꝝ. Et egressus ē vn⁹ in agrū: vt colligeret herbas agrestes. Inuenitq; q̄si vitē siluestrem: ⁊ collegit ex ea coloquintidas agri ⁊ impleuit palliū suū ⁊ reuersus ꝓscidit in ollā pulmēti. Nesciebat enī quid esset: infuderunt igit̄ socijs vt comederēt. Cūq; gustassent de coctione exclamauerūt dicentes. Mors in olla vir dei. Et non potuerunt comedere. At ille: afferte inq̄t farinā. Cūq; attulissent: misit in ollam ⁊ ait. Infunde turbe vt comedāt Et nō fuit amplius quicq̄ amaritudinis in olla. Vir autē quidā venit de balsalisa deferēs viro dei panes p̄micias. ⁊ viginti panes ordeaceos: ⁊ frumentū nouū ī pera sua. At ille dixit. Da populo vt comedat Respondit q; ei minister eius. Quantū est hoc vt apponā coram centū viris? Rursuz ille: da ait populo vt comedat. Nec enim dicit dñs. Comedent: ⁊ supererit. Posuit itaq; coram eis. Qui comederunt: ⁊ superfuit iuxta verbum domini.

Capi. .V.

Naaman princeps milicie regis sirie erat vir magnus apud dominum suum: ⁊ honoratus. Per illū enī dedit dñs salutē sirie. Erat aūt vir fortis ⁊ diues: sed leprosus. Porro de siria egressi fuerant latrūculi: ⁊ captiuā duxerant de terra israbel puellā paruulā: que erat in obsequio vxoris naaman. Que ait ad dominā suā. Vtinā fuisset domin⁹ meus ad prophetā qui est in samaria: profecto curasset eū a lepra quā habet. Ingressus est itaq; naaman ad dñm suū: ⁊ nunciauit ei dicens. Sic ⁊ sic locuta ē puella de terra israbel. Dixitq; ei rex sirie. Vade: ⁊ mittam litteras ad regē israel. Qui cū profectus esset ⁊ tulisset secū decē talenta argēti ⁊ sex milia aureos. ⁊ decē mutatoria vestimentoꝝ: detulit litteras ad regē israel in hec verba. Cū acceperis epistolā hanc: scito q; miserim ad te naaman seruū meū vt cures eum a lepra sua. Cūq; legisset rex israbel litteras: scidit vestimēta ⁊ ait. Nūquid deus ego sum vt occidere possim et viuificare: quia iste misit ad me vt curez hominem a lepra sua? Animaduertite et videte: q; occasiones querat aduersum me Quod cū audisset heliseus vir dei. scidisse videlicet regē israbel vestimenta sua: misit ad eū dicēs Quare scidisti vestimēta tua? Veniat ad me: ⁊ sciat esse prophetā ī israel. Venit ergo naaman cum equis ⁊ curribꝰ et stetit ad ostium domus helisei. Misitq; ad eū heliseus nunciū dicens. Vade et lauare septies in iordane: ⁊ recipiet sanitatez caro tua atq; mūdaberis. Iratus naaman. recedebat dicēs. Putabā q; egrederetur ad me ⁊ stans īuocaret nomen dñi dei sui: ⁊ tangeret manu sua locū lepre: et curaret me. Nūquid ñ meliores sūt abana ⁊ pharfar fluuij damasci oīb⁹ aq̄s israbel. vt lauer in eis ⁊ mūder? Cū ergo vertisset se ⁊ abiret indignans: accesserūt ad eum serui sui. ⁊ locuti sūt ei. Pater: ⁊si rē grādem dixisset tibi ꝓpheta. certe facere debueras. Quantomagis quia nūc dixit tibi lauare ⁊ mundaberis? Descendit ⁊ lauit septies in iordane iuxta sermonē viri dei: ⁊ restituta est caro eius sicut caro pueri p̄uuli: ⁊ mundatus est. Reuersusq; ad virū dei cū vniuerso comitatu suo: venit ⁊ stetit coram eo ⁊ ait. Vere scio q; nō sit alius deus ī vniuersa terra: nisi tantū ī israbel. Obsecro itaq; vt accipias bñdictōez a seruo tuo. At ille rñdit. Viuit dñs ante quē sto: q; nō accipiā. Cūq; vim faceret: penitus nō acq̄euit. Dixitq; naaman. Et vis. Sed obsecro concede mihi seruo tuo: vt tollam onus duoꝝ burdonū de terra. Nō enī faciet vltra seruꝰ tuus olocaustū aut victimā dijs alienis: nisi dño. Hoc autem solū est de quo deprecer⁹ dominū ꝓ seruo tuo: quando ingredietur dñs meus tēplū remmon vt adoret. ⁊ illo innitente super manum meam. si adorauero ī tēplo remmon adorante eo ī eodē loco: vt ignoscat mihi dñs seruo tuo ꝓ hac re. Qui dixit ei Vade in pace. Abijt ergo ab eo: electo tēpore terre Dixitq; giezi puer viri dei. Pepercit dñs meus naaman siro isti: vt non acciperet ab eo que attulit. Viuit dñs q; curram post eū: ⁊ accipiam ab eo aliquid Et secutꝰ ē giezi post tergū naamā. Quē cum vidisset ille currentē ad se: desilijt de curru ī occursū eiꝰ ⁊ ait. Rectene sūt oīa? Et ille ait. Recte. Dominꝰ meus misit me ad te dicens. Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte effraim: ex filijs prophetarum. Da eis talentum argenti: ⁊ vestes mutatorias duplices. Dixitq;

naaman. Melius est vt accipias duo talẽ-
ta. Et coegit eũ: ligauitq; duo talẽta argẽ-
ti in duob; saccis. ⁊ duplicia vestimẽta et
imposuit duob; pueris suis: qui ⁊ porta-
uerũt corã eo. Cũq; venisset iã vesperi. tu-
lit de manu eor. ⁊ reposuit ĩ domo: dimi-
sitq; viros ⁊ abierũt: ipe aũ ingressus ste-
tit corã dño suo. Et dixit heliseus. Vnde
venis giezi? Qui respõdit. Nõ iuit ꝑ tu⁹
quoq;. At ille ait. Nonne cor meum in p̃-
senti erat: quãdo reuersus est hõ de curru
suo in occursũ tui? Nũc igit̃ accepisti ar-
gentũ ⁊ accepisti vestes: vt emas oliueta.
⁊ vineas ⁊ oues ⁊ boues ⁊ seruos ⁊ ancil-
las. Verũ ⁊ lepra naaman adherebit tibi et
semini tuo vsq; in sempiternũ. Et egress⁹
est quasi nix ab eo leprosus.

Capitulũ. .VI.

Dixerũt aũt filij prophetar; ad he-
liseum. Ecce locus in quo habita-
mus corã te: angustus est nobis.
Eamus vsq; ad iordanẽ ⁊ tollãt singuli de
silua materias singulas: vt edificem⁹ no-
bis ibi locum ad habitandum. Qui dixit.
Ite. Et ait vnus ex illis. Veni ergo et tu
cum seruis tuis. Respondit. Ego veniaz.
Et abijt cũ eis. Cumq; venissent ad iorda-
nen: cedebant ligna. Accidit aũt: vt cum
vnus materiã succidisset. caderet ferrum
securis in aquã. Exclamauitq; ille et ait.
Heu heu heu dñe mi: ⁊ hoc ipsũ mutuo ac-
ceperã. Dixit aũt hõ dei vbi cecidit? At ille
mõstrauit ei locũ. Prescidit ergo lignũ: ⁊
misit illuc. Natauitq; ferrũ. Et ait. Tolle
Qui extendit manũ: ⁊ tulit illud. Rex aũt
sirie pugnabat cõtra israhel: consiliumq;
inijt cũ seruis suis dicẽs. In loco illo ⁊ il-
lo. ponamus insidias. Misit itaq; vir dei
ad regem israhel dicens. Caue ne transeas
in locum illum q; ibi siri in insidijs sunt.
Misit itaq; rex israhel ad locũ quẽ dixerat
ei vir dei ⁊ preoccupauit eũ: ⁊ obsuauit se
ibi nõ semel neq; bis. Conturbatũq; ẽ cor
regis sirie pro hac re: et conuocatis seruis
suis ait. Quare nõ indicatis mihi quis ꝑ
ditor mei sit apud regem israhel? Dixitq;
vnus seruor ei⁹. Nequaq̃ domine mi rex. sz
heliseus propheta qui est in israhel ĩdicat
regi israhel omnia verba quecũq; locutus
fueris in cubiculo tuo. Dixitq; eis. Ite ⁊ vi
dete vbi sit: vt mittam ⁊ capiã eũ. Annũ-
ciauerũt ei dicentes. Ecce in dothaim Mi
sit ergo illuc equos ⁊ currus: et robur ex-
ercitus. Qui cum venissent nocte: circũde
derũt ciuitatem. Consurgens autem dilu-
culo minister viri dei egressus est: viditq;
exercituz in circuitu ciuitatis ⁊ equos et
currus. Nũciauitq; ei dicẽs. heu heu heu
domine mi quid faciem⁹? At ille respõdit
Noli timere. Plures ei nobiscũ sũt quã cũ
illis. Cũq; orasset helise⁹ ait. Dñe: aperi o-
culos hui⁹ vt videat. Et aperuit dñs ocu-
los pueri. ⁊ vidit: ⁊ ecce mons plen⁹ equo
rũ ⁊ curruũ igneor; ĩ circuitu helisei. Ho
stes vero descenderũt ad eum Oro he-
liseus orauit ad dominũ dicẽs. Percute ob
secro gentem hãc cecitate Percussitq; eos
dñs ne viderẽt: iuxta verbũ helisei. Dixit
aũt ad eos heliseus. Non est hec via: nec
ista ẽ ciuitas. Sequimini me: ⁊ ostendam
vobis virũ quẽ queritis. Duxit ergo eos
in samariã. Cũq; ingressi fuissent ĩ sama-
riam: dixit heliseus Domine: aperi oc'os
istorum vt videant. Aperuitq; dñs oc'os
eor: ⁊ viderunt se esse in medio samarie.
Dixitq; rex israhel ad heliseum: cũ vidiss;
eos. Nunquid percuciam eos pater mi?
Et ille ait. Non percucies. Neq; enim ce-
pisti eos gladio et arcu tuo: vt percucias
Sed pone panẽ ⁊ aquã corã eis. vt come
dant ⁊ bibant: ⁊ vadant ad dominũ suũ.
Apposita; est eis ciborum magna prepa-
racio. Et comederunt et biberuut: ⁊ dimi-
sit eos: abieruntq; ad dominum suuz. Et
vltra non venerunt latrones sirie in terrã
israhel. Factũ est aũt post hec congrega-
uit benadab rex sirie vniuersum exercitũ
suum: ⁊ ascendit et obsidebat samariã Fa
ctaq; ẽ fames magna in samaria: et tãdiu
obsessa ẽ donec venũdaret caput azini oc
toginta argenteis: et quarta pars cabi
stercoris columbar; quinq; argenteis. Cũ
q; rex israhel transiret per muruz: mulier
quedam exclamauit ad eum dicẽs. Salua
me dñe mi rex. Qui ait. Nõ te saluet dñs
Vnde te possum salaure? De area: vel de
torcular?: Dixitq; ad eam rex. Quid tibi
vis? Que respondit. Mulier ista dixit mi-
hi. Da filium tuum vt comedamus eum
hodie: ⁊ filiũ meũ comedemus cras. Coqui-
mus g̃ filiũ meũ: et comedimus: dixiq; ei
die altera. Da filiũ tuũ: vt comedam⁹ euz

Que abscõdit filiũ suum. Quod cũ audis-
set rex scidit vestimẽta sua: ⁊ trãsiebat per
murꝝ. Clidit qꝫ oĩs popul⁹ cilicĩũ q̃ vestit⁹
erat ad carnẽ intrinsecus. Et ait rex. Hec
mihi faciat de⁹. ⁊ hec addat: si steterit ca-
put helisei filij saphat sup ipsũ hodie. He-
liseus aũt sedebat in domo sua: ⁊ senes se-
debãt cũ eo. Premisit itaq̃ virꝝ: ⁊ antequã
veniret nũcius: ille dixit ad senes. Nunq̃d
scitis q̃ miserit fili⁹ homicide huc vt pre-
scidat caput meum? Clidete ergo: cũ vene-
rit nũcius. claudite ostium: ⁊ non sinatis
eũ introire. Ecce enim sonitus pedũ dñi
eius post eum est. Adhuc illo loquẽte eis
apparuit nũcius qui veniebat ad eum. Et
ait. Ecce tantũ malũ a dño est. Quid am-
plius expectabo a domino?

¶ Capitulũ. .VII.

Dixit autem heliseus. Audite ver-
bum dñi. Hec dicit dñs. In tẽpo-
re hoc cras. modi⁹ simile uno sta-
tere erit: ⁊ duo modij ordei statere uno in
porta samarie. Respondens vnus de duci
bus sup cuius manum rex incũbebat ho-
mini dei ait. Si dñs fecerit eciã catharac-
tas ĩ celo apiri: nũq̃d poterit eẽ qđ loque
ris? Qui ait Clidebꝫ oculꝫ tuis: ⁊ inde ñ co-
medes. Quatuor g̃ viri erãt leprosi iuxta
introitũ portę: q̃ dixerũt adinuicẽ. Quid
hic esse voluim⁹ donec moriamur? Siue ĩ
gredi voluerim⁹ ciuitatẽ fame moriemur
siue mãserim⁹ h̃ morẽdũ nobꝫ ẽ. Clenite g̃
⁊ trãsfugiam⁹ ad castra sirie. Si peperce-
rint nobꝫ viuem⁹: si aũt occidere voluerĩt
nihilomin⁹ moriemur. Surrexerũt g̃ vespe
ri: vt venirẽt ad castra sirie. Cũq̃ venissẽt
ad p̃ncipiũ castrorꝝ sirie: nullũ ibidẽ repe-
rerũt. Siquidẽ dñs sonitũ audiri fecerat
in castris sirie curruũ ⁊ equorꝝ: ⁊ exerci-
tus plurimi. Dixerũtq̃ adĩuicẽ. Ecce mer
cede cõduxit aduersum nos rex isrł reges
gethęorꝝ ⁊ egiptiorꝝ: ⁊ venerũt super nos
Surrexerũt g̃ ⁊ fugerũt in tenebris: ⁊ de-
reliquerũt tentoria sua ⁊ equos ⁊ azinos
in castris: fugerũtq̃. animas tantũ suas
saluare cupientes. Igiꝫ cũ venissẽt lepro-
si illi ad p̃ncipiũ castrorꝝ ingressi sũt vnũ
tabnaculũ: ⁊ comederũt ⁊ biberũt. Tulerũt
q̃ inde argẽtũ ⁊ aurꝝ ⁊ vestes: ⁊ abierũt ⁊
absconderunt. Et rursum reuersi sunt ad
aliud tabnaculũ: ⁊ inde similiꝫ auferẽtes
absconderunt. Dixeruntq̃ adinuicẽ. Non
recte facimus. Hec enĩ dies boni nũcij est
Si tacuerimus ⁊ noluerim⁹ nũciare usq̃
mane: sceleris arguemur. Clenite eamus
⁊ nunciemus in aula regis. Cũq̃ venissẽt
ad portã ciuitatis: narrauerũt eis dicẽtes
Juimus ad castra sirie ⁊ nullum ibidẽ re
perimus hominẽ: nisi equos ⁊ azinos alli
gatos: ⁊ fixa tentoria. Jerunt g̃ portarij:
⁊ nũciauerunt in palacio regis intrinse-
cus. Qui surrexit noctę: et ait ad seruos
suos Dico vobꝫ quid fecerĩt nobꝫ siri. Sci-
unt q̃ fame laboramus: ⁊ idcirco egressi
sũt ꝺ castris: ⁊ latitãt ĩ agris dicẽtes. Cũ
egressi fuerĩt ꝺ ciuitatę capiemus eos vi-
uos: ⁊ tũc ciuitatẽ ĩgredi potuerim⁹. Re-
spõdit aũ vn⁹ suorꝝ ei⁹. Tollamus quinq̃
eq̃s q̃ remãserũt ĩ vrbe: q̃ ipi tantũ sũt ĩ
uniuersa mł̃titudine isrł. alij enĩ ꝓsum
pti sunt: ⁊ mittentes explorare poterim⁹
Adduxerũt ergo duos equos: misitq̃ rex
in castra siriorũ dicens. Jte ⁊ videte. Qui
abierunt post eos usq̃ ad iordanen. Ecce
aũt oĩs via plena erat vestibꝫ ⁊ vasis: q̃ p
iecerant siri cũ turbarenꝫ. Reuersiq̃ nũ-
cij indicauerũt regi. Et egressus populus
diripuit castra sirie: factusq̃ est modius
simile statere uno. ⁊ duo modij ordei state
re uno: iuxta verbum domini. Porro rex
ducem illum in cuius manu ĩcubuerat cõ
stituit ad portaz: quem cõculcauit turba
in introitu portę ⁊ mortuus est: iuxta qđ
locutus fuerat vir dei quando descẽderat
rex ad eum. Factũq̃ est scđm sermonẽ vi-
ri dei. quem dixerat regi quando ait. duo
modij ordei statere uno erũt. ⁊ modius si-
mile statere uno hoc eodem tempore cras
in porta samarie: quando respondĕrat
dux ille viro dei et dixerat. eciamsi domi-
nus fecerit catharactas in celo nunquid
poterit fieri qđ loq̃ris: et dixit ei videbꝫ o-
culis tuis. et inde nõ comedes. Euenit er-
go ei sicut predictum erat: ⁊ conculcauit
eum populus in porta: ⁊ mortuus est.

profugi siri a semi-
mortuũ

¶ Capi. .VIII.

Heliseus aũ locut⁹ ẽ ad mulierẽ: cu
ius viuere fecerat filium dicens.
Surge: vade tu ⁊ dom⁹ tua: et pe-
regrinare ubicũq̃ repereris. Clocabit enĩ
dñs famem: ⁊ veniet super terram septem

ānis. Que surrexit ⁊ fecit iuxta verbū hominis dei. ⁊ vadēs cū domo sua: peregrinata ē ī terra philistijm. diebꝫ multis Cunqꝫ finiti essent āni septē: reuersa ē mulier de terra philistijm. Et īgressa ē: vt interpellaret regē ꝑ domo sua. ⁊ ꝑ agris suis. Rex aūt loquebat cū giezi puero viri dei dicēs Narra mihi oīa magnalia q̄ fecit helisеus Cūqꝫ ille narraret regi quō mortuū suscitasset: aparuit mulier cui⁹ viuificauerat filiū clamās ad regē pro domo sua ⁊ ꝑ agris suis Dixitqꝫ giezi Domīe mi rex hec ē mulier: ⁊ hic ē fili⁹ ei⁹ quē suscitauit helisеus Et interrogauit rex mulierē. Que narrauit ei. Dedítqꝫ ei rex eunuchū vnuꝫ dicēs Restitue ei oīa q̄ sua sūt: ⁊ vniuersos reddítus agroꝝ a die qua reliquit terram vsqꝫ ad p̄sens. Venit quoqꝫ helisеus damascū. ⁊ benadab rex sirie egrotabat. Nunciaueruntqꝫ ei dicentes. Venit vir dei huc. Et ait rex ad azahel. Tolle tecū munera ⁊ vade in occursum viri dei: ⁊ cōsule dñm ꝑ eū dicens. Si euadere potero de īfirmitate mea hac? Iuit igitur azahel in occursum eius habēs secum munera ⁊ oīa bona damasci onera q̄draginta camelorꝫ. Cunqꝫ stetisset coram eo ait. Filius tuus benadab rex sirie misit me ad te dicēs. Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitqꝫ ei helisеus. Vade dic ei. Sanaberis. Porro oñdit mihi dominus: quia morte morieꝫ. Stetitqꝫ cū eo ⁊ turbatus est vsqꝫ ad suffusionē vultus. Fleuitqꝫ vir dei Cui azahel ait. Quare domin⁹ me⁹ flet? At ille dixit. Quia scio que facturus sis filijs israhel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes: ⁊ iuuenes eorum interficies gladio: ⁊ paruulos eorum elides. ⁊ pregnantes diuides. Dixitqꝫ azahel. Quid ei sum seruus tuus canis: vt faciā rem istā magnā? Et ait helisеus. Ostendit mihi dñs te regē sirie fore Qui cū recessisset ab helisео venit ad dñm suum. Qui ait ei. Quid tibi dixit helisеus? At ille rñdit. Dixit mihi: recipies sanitatē. Cunqꝫ venisset dies altera. tulit stragulum ⁊ infudit aquam: ⁊ expandit super faciem eius. Quo mortuo: regnauit azahel ꝑ eo. Anno quinto iorā filij achab regis israhel regnauit iorā filius iosaphat rex iuda. Trigintaduorum annorum erat cū regnare cepisset: ⁊ octo annis regnauit in hierusalē. Ambulauit qꝫ in vijs regū israhel: sicut ambulauerat domus achab. Filia enī achab erat vxor eius. Et fecit quod malū est ī ꝓspectu dñi Noluit autem dominus disperdere iudaꝫ ꝓter dauid seruum suum: sicut ꝓmiserat ei vt daret illi lucernam. ⁊ filijs eius cunctis diebꝫ. In diebꝫ eius recessit edom ne esset sub iuda: ⁊ constituit sibi regez. Venitqꝫ ioram seira: ⁊ omnis exercit⁹ cū eo. Et surrexit nocte: ꝑcussitqꝫ idumeos qui eū circūdederant. ⁊ principes curruū. Populus aūt fugit ī tabernacula sua. Recessit ergo edō ne esset sub iuda: vsqꝫ ad diē hanc. Tunc recessit ⁊ lobna in tēpore illo. Reliqua autem sermonum iorā ⁊ vniuersa que fecit: nonne hec scripta sūt in libro verborum dierum regum iuda? Et dormiuit iorā cum patribus suis: sepultusqꝫ est cum eis in ciuitate dauid: ⁊ regnauit ochozias filius ei⁹ ꝑ eo. Anno duodecimo iorā filij achab regis israhel: regnauit ochozias filius iorā regis iude. Viginti duorum annorum erat ochozias cum regnare cepisset: ⁊ vno āno regnauit in hierusalez Nomen matris ei⁹ atalia filia amri regis israhel: ⁊ ambulauit in vijs domus achab ⁊ fecit qđ malum est corā dño sicut dom⁹ achab. Gener enī domus achab fuit Abijt quoqꝫ cum iorā filio achab ad p̄liandū cōtra asahel regē sirie in ramoth galaad: et vulnerauerunt sirī iorā. Qui reuersus est vt curaretur in iesrahel: quia vulneraueāt eū sirī in ramoth p̄liātē ꝓtra asahel regem sirie Porro ochozias filius iorā rex iuda descendit inuisere iorā filiū achab in iesrahel: qz egrotabat ibi.

Capitulū. .IX.

Heliseus autem prophetes vocauit vnum de filijs ꝓphetarꝫ. ⁊ ait illi. Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle lenticulam olei hanc in manu tua: ⁊ vade in ramoth galaad. Cunqꝫ veneris illuc: videbis iehu filium iosaphat filij namsi. Et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum et introduces in interius cubiculum: tenensqꝫ lenticulam olei fundes super caput eius: ⁊ dices. Hec dicit dominus. Unxi te regem super israhel. Aperiesqꝫ ostium ⁊ fugies: ⁊ non ibi subsistes. Abijt ergo adolescēs puer prophete in ramoth

galaad: ⁊ ingressus ē illuc. Ecce aūt p̄nci-
pes exercitus sedebāt. Et ait. Verbū mihi
ad te o princeps. Dixitq; iehu Ad quē ex
oīb⁹ nobis? At ille dixit Ad te o princeps
Et surrexit: ⁊ ingressus ē cubiculū. At il-
le fudit oleū sup̄ caput ei⁹. Et ait. Hec di
cit dn̄s de⁹ isrl̄. Unxi te regē sup̄ populum
domini israhel: ⁊ p̄cucies domū achab do
mini tui. Et vlciscar sanguinē seruoꝝ me
oꝝ ꝓphetaꝝ. ⁊ sanguinē omniū seruorum
dn̄i de manu iezabel. perdāq; omnē domū
achab. Et interficiā de domo achab mīgē
tē ad parietē: ⁊ clausū ⁊ nouissimū in isrl̄
Et dabo domū achab sic̄ domū hieroboā
filij nabath: ⁊ sicut domū baasa filij achia
Hiezabel q̊z comedēt canes ī agro iesrahel
nec erit qui sepeliat eā. Aperuitq; ostium
⁊ fugit Jehu aūt ingressus ē ad seruos do
mini sui. Qui dixerūt ei. Recte ne sūt oīa
Quid venit īsanus iste ad te? Qui ait eis
Nostis hominē: ⁊ quid locutus sit. At illi
rn̄derunt falsū est: sed magis narra nobis
Qui ait eis. Hec ⁊ hec locutus est mihi.
Et ait. Hec dicit dn̄s. Unxi te regē super
israhel. Festinauerūt itaq;: et vnusquisq;
tollēs palliū suū posuerūt sub pedib⁹ eius
in similitudinē tribunalis: ⁊ cecinerūt tu-
ba atq; dixerūt. Regnabit iehu. Coniura-
uit ergo iehu filius iosaphat filij nāsi cō-
tra iorā. Porro ioram obsederat ramoth
galaad. ipse ⁊ omnis israhel contra azahel
regē sirie: ⁊ reuersus fuerat vt curaretur
in iesrahel ꝓpter vulnera: quia p̄cusserant
eū siri preliātē ꝯtra azahel regē sirie. Dix
itq; iehu. Si placet vobis nemo egrediat̄
profugus de ciuitate: ne vadat ⁊ nunciet
in iesrahel. Et ascēdit: ⁊ profectus ē ī ies-
rahel. Joram enī egrotabat ibi: ⁊ ochozi-
as rex iuda descēderat ad visitādū ioram.
Igit̄ speculator qui stabat sup̄ turriz ies-
rahel: vidit globū iehu venientis. Et ait.
Video ego globum. Dixitq; ioram. Tolle
currū: ⁊ mitte in occursū eorū: ⁊ dicat va-
dens. Recte ne sunt omnia? Abijt g̊ qui
ascēderat currū in occursum eius. Et ait.
Hec dicit rex. Pacata sūt omnia? Dixitq;
iehu. Quid tibi ⁊ paci? Transi ⁊ seq̄re me.
Nūciauit q̊z speculator dicens. Venit nū-
cius ad eos: ⁊ nō reuertit̄. Misit eciā cur
rū equoꝝ secūdum: venitq; ad eos: ⁊ ait.
Hec dicit rex. Nūquid pax ē? Et ait iehu.

Quid tibi ⁊ paci? Trāsi ⁊ sequere me. Nū
ciauit aūt speculator dicēs. Venit vsq; ad
eos: ⁊ nō reuertit̄. Est aūt incessus quasi
incessus iehu filij namsi. Preceps eī gra-
dit̄. Et ait iorā. Jūgite currū. Jūxeruntq;
currū eius. Et egressus ē iorā rex israhel
⁊ ochozias rex iuda: singuli in curribꝰ su
is. Egressiq; sunt in occursū iehu. ⁊ inue-
nerūt eū in agro naboth iesrahelite. Cūq;
vidisset iorā iehu: dixit. Pax est iehu? At
ille rn̄dit. Que pax? Adhuc fornicacōes ie
zabel matris tue. ⁊ veneficia ei⁹ multa vi-
gent. Conuertit autem ioram manū suaz
⁊ fugiens ait ad ochoziam. Insidie ocho-
zia. Porro iehu tetendit arcum manu: et
p̄cussit iorā inter scapulas. Et egressa est
sagitta p̄ cor ei⁹: statimq; corruit ī curru
suo Dixitq; iehu. ad badacher ducē Tolle
p̄ice eū in agro naboth iesrahelite. Memī
enī quando ego ⁊ tu sedentes in curru se-
quebamur achab patrē huius: q̄ dn̄s on⁹
hoc leuauerit sup̄ eum dicens. Si nō pro
sanguine naboth. ⁊ pro sanguine filioruz
eius quē vidi heri ait dn̄s: reddam tibi ī
agro isto dicit dn̄s. Nunc ergo tolle ⁊ pro
ice eū ī agro: iuxta v̄bū domini. Ochozi-
as at̄ rex iuda vidēs hoc fugit per viā do
m⁹orti: p̄secutusq; est eū iehu: ⁊ ait. Eciaz
hūc percutite in curru suo. Et p̄cusserunt
eū in ascēsu gaber: qui ē iuxta ieblaā Qui
fugit in mageddo: ⁊ mortu⁹ ē ibi. Et īpo-
suerūt eū serui eius sup̄ currū suū ⁊ tule-
runt in hierusalem: sepelierūtq; in sepul-
cro cum patribus suis in ciuitate dauid.
Anno vndecimo ioraz filij achab regis is-
rahel regnauit ochozias super iudā: venit
q; iehu in iesrahel. Porro iezabel introitu
eius audito depinxit oculos suos stibio. ⁊
ornauit caput suum: et respexit per fene
strā ingredientem iehu p̄ portam: et ait.
Nūquid pax potest esse zamri. qui interfe
cit dn̄m suum? Leuauitq; iehu faciē suaz
ad fenestram ⁊ ait. Que est ista? Et incli-
nauerunt se ad eū duo vel tres eunuchi: ⁊
dixerunt. Hec est illa iezabel. At ille dixit
eis. Precipitate eam deorsum. Et p̄cipita-
uerūt eam Aspersusq; est sanguine paries
⁊ equorum vngule conculcauerunt eam.
Cunq; introgressus esset vt comederet bi-
beretq; ait. Ite et videte maledictā illam
et sepelite eam: quia filia regis est. Cunq;

issent vt sepelirēt eā: nō inuenerēt nisi cal-
uariā ⁊ pedes ⁊ sūmas manus. Reuersiq;
nūciauerēt ei. Et ait iehu. Sermo dñi est:
quē locut⁹ ē ꝑ ꝟuū suū hesiam thesbitē di-
cēs. In agro iesrahel ꝯmedent canes car-
nes iezabel Et erēt carnes iezabel sic̄ sterc⁹
sup faciē terre ī agro iesrahel: ita vt p̄tere
untes dicāt. Heccine ē illa iezabel:

¶ Capitulū. X.

ERant aūt achab septuagīta filij ī
samaria Scripsit g̊ iehu litteras:
⁊ misit in samariaꝫ ad optimates
ciuitatis ⁊ ad maiores natu ⁊ ad nutrici-
os achab dicēs. Statim vt acceperitis lit
teras has qui habetis filios dñi vestri et
curr⁹ ⁊ equos ⁊ ciuitates firmas ⁊ arma:
eligite meliorē ⁊ eū qui vobis placuerit de
filijs domini vestri. ⁊ eū ponite sup soliuꝫ
patris sui: ⁊ pugnate pro domo domī ve-
stri. Timuerunt illi vehementer: ⁊ dixerēt
Ecce duo reges non potuerunt stare corā
eo: et quomodo nos valebimus resistere:
Miserunt ergo p̄positi domus et prefecti
ciuitatis ⁊ maiores natu et nutricij ad ie
hu dicentes. Serui tui sumus: quecūq;
iusseris faciemus: nec ꝯstituemus nobis
regem. Quecūq; tibi placēt fac. Rescripsit
aūt eis litteras secundo dicens Si mei e-
stis ⁊ obeditis mihi: tollite capita filioruꝫ
dñi vestri. ⁊ venite ad me hac eadem hora
cras in iesrahel Porro filij regis septuagī
ta viri apud optimates ciuitatis nutrie-
bāt̄. Cūq; venissent littere ad eos: tulerūt
filios regis ⁊ occiderunt septuaginta vi-
ros: ⁊ posuerunt capita eoruꝫ in cophinis
et miserunt ad eum in iesrahel. Venit aūt
nuncius ad eū: ⁊ indicauit ei dicēs Attu
lerūt capita filioꝝ regis. Qui rñdit. Po-
nite ea ad duos aceruos iuxta introituꝫ
porte vsq; mane Cūq; diluxisset egressus ē
⁊ stans dixit ad oēm populū. Iusti estis.
Si ego coniuraui ꝯtra dñm meū ⁊ inter-
feci eū: quis ꝑcussit oēs hos: Videte g̊ nūc
quoniam nō cecidit de sermonib⁹ domī in
terra q̊s locutus est dominus sup domuꝫ
achab: ⁊ dominus fecit quod locutus ē ī
manu ꝟui sui helie. Percussit igitur iehu
omēs qui reliqui erant de domo achab in
iesrahel. ⁊ vniuersos optimates eius ⁊ no
tos ⁊ sacerdotes: donec nō remanerēt ex
eo reliquie. Et surrexit: ⁊ venit ī samariā
Cūq; venisset ad cameram pastoꝝ in via.
inuenit fratres ochozie regis iuda. dixit-
q; ad eos. Qui nā estis vos: Qui rñderūt
Fratres ochozie sumus: ⁊ descēdimus ad
salutandos filios regis. et filios regine.
Qui ait. Cōprehendite eos viuos. Quos
cū cōprehendissent viuos: iugulauerēt eos
in cisterna iuxta camerā quadragintadu-
os viros: ⁊ non reliquit ex eis quēq̄. Cūq;
abisset inde inuenit ionadab filiuꝫ rechab
in occursū sibi: ⁊ benedixit ei. Et ait iehu
ad eum. Nūquid est cor tuū rectum cū cor
de meo sicut cor meum cum corde tuo: Et
ait ionadab. Est. Si est inquit: da manū
tuā. Qui dedit ei manū suā. At ille leua-
uit eū ad se in currum: dixitq; ad eū Veni
mecum: ⁊ vide zelum meū ꝑ dño Et impo
situ in curru suo duxit in samariam. Et
ꝑcussit omnes qui reliqui fuerāt de achab
in samaria vsq; ad vnum: iuxta verbū do
mini quod locutus est ꝑ heliā. Cōgrega-
uit ergo iehu omnē populū: ⁊ dixit ad eos
Achab coluit baal parū: ego autē colā eū
ampli⁹. Nūc igit̄ omnes ꝓphetas baal: et
vniuersos seruos ei⁹ ⁊ cūctos sacerdotes
ip̄ius vocate ad me. Nullus sit qui nō ve
niat. Sacrificiū enī grande est mihi baal
Quicūq; defuerit nō viuet. Porro iehu fa
ciebat hoc insidiose: vt disperderet culto-
res baal. Et dixit Sanctificate diem solē-
nem baal. Vocauitq; ⁊ misit in vniuersos
terminos israhel: ⁊ venerunt cuncti serui
baal. Non fuit residuus ne vnus quidem:
qui nō veniret. Et īgressi sunt templū ba-
al. Et repleta ē dom⁹ baal: a sūmo vsq; ad
sūmum Dixitq; hijs qui p̄erant sup vestes
Proferte vestimēta vniuersis seruis baal
Et protulerunt eis vestes. Ingressusq; ie
hu et ionadab filius rechab templū baal:
ait cultoribus baal. Perquirite et videte:
ne quis forte vobiscum sit de seruis dñi: sꝫ
vt sint serui baal soli Ingressi sunt igitur
vt facerēt victimas et olocausta: iehu au
tem preparauerat sibi foris octoginta vi-
ros: et dixerat eis. Quicūq; fugerit de ho-
minib⁹ hijs quos ego adduxero in man⁹
vr̄as: anima eius erit pro anima illi⁹ Fa-
ctū ē aūt cū ꝯpletum esset olocaustū: p̄ce-
pit iehu militibus ⁊ ducibus suis. Ingre-
dimī ⁊ ꝑcutite eos. Nullus euadat. ꝑcus-
seruntq; eos in ore gladij et proiecerunt.

milites et duces. Et ierũt in ciuitatẽ tẽpli baal ⁊ ptulerũt statuã de phano baal: et ꝯbusserũt ⁊ cõminuerunt eam. Destruxerũt quoq; edem baal: et fecerũt ꝑ ea latrinas vsq; in diẽ hanc. Deleuit itaq; iehu baal de isrł: veruntñ a pctis hieroboam filij nabath qui peccare fecit isrł non recessit: nec dereliquit vitulos aureos qui erãt in bethel ⁊ ĩ dan. Dixit aũt dñs ad iehu. Quia studiose egisti quod rectũ erat ⁊ placebat in oculis meis: ⁊ oĩa que erãt in corde meo fecisti ꝯ domũ achab: filij tui vsq; ad quartã generacõz sedebũt sup tronum isrł. Porro iehu ñ custodiuit vt ambularet ĩ lege dñi dei isrł. ĩ toto corde suo Non eĩ recessit a pctis hieroboaz: qui pec care fecerat isrł. In diebus illis cepit dñs tedere super isrł. Percussitq; eos asahel in vniuersis finib; israhel: a iordane ꝯ orientalẽ plagam. omnẽ terrã galaad. ⁊ gad et ruben et manasse. ab aroer que est sup torrentem arnon ⁊ galaad ⁊ basan. Reliq̃ aũt verboꝝ iehu et vniuersa que fecit et fortitudo eius: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dieꝝ regum israhel? Et dormiuit iehu cum patrib; suis: sepelierũtq; eum in samaria: ⁊ regnauit ioachaz filiꝰ eius pro eo. Dies aũt quos regnauit iehu super israhel viginti et octo anni sunt in samaria.

¶ Capi. XI.

Atalia vero mater ochozie videns mortuũ filium suũ: surrexit ⁊ interfecit omne semen regiũ. Tolens aũt iosaba filia regis ioram. sororꝰ ochozie ioas filiũ ochozie. furata est eũ de medio filioꝝ regis qui interficiebanẽ. et nutricẽ eiꝰ de triclinio ⁊ abscõdit eũ a facie atalie vt ñ ĩterficereẽ: eratq; cũ ea sex ãnis clam ĩ domo dñi. Porro atalia regnauit sup terraz septez ãnis. Anno aũ septimo misit ioiada ⁊ assumẽs centuriones ⁊ milites ĩtroduxit ad se ĩ templũ dñi: pepigitq; cũ eis fedus. Et adurãs eos ĩ domo dñi ondit eis filiũ regis: ⁊ ꝑcepit illis dicẽs. Iste ẽ ꝓmo quẽ facere debetis. Tercia ps vẽm introeat sabbato: ⁊ obꝑuet excubias domꝰ regis. Tercia aũ ps sit ad portã sejr. ⁊ tercia ps sit ad portã que ẽ post habitaculũ scutariorum: et custodietis excubias domus messa. Due vero partes e vob omnes egrediẽtes sabbato custodiãt excubias domꝰ dñi circa regẽ: ⁊ vallabitis eũ hñtes arma ĩ manib; vestris. Si quis aũ ĩgressus fuerit septũ tẽpli: interficiaẽ. Eritisq; cũ rege introeunte ⁊ egrediente. Et fecerũt centuriones iuxta oĩa que ꝑceperat eis ioiada sacerdos. Et assumentes singuli viros suos qui ingrediebantur sabbatũ cũ hijs qui egrediebanẽ e sabbato: venerũt ad ioiadam sacerdotẽ. Qui dedit eis hastas ⁊ arma regis dauid: que erãt in domo domini. Et stetерũt singuli habentes arma in manu sua a parte tẽpli dextra vsq; ad partẽ sinistrã altaris ⁊ edis. circũ regem. Produxitq; filium regis: ⁊ posuit super eum dyadema ⁊ testimonium. feceruntq; eũ regem ⁊ vnxerũt: ⁊ plaudẽtes manu dixerũt Viuat rex. Audiuit atalia vocem populi currẽtis: ⁊ ingressa ad turbas in tẽplum domini. vidit regem stantẽ super tribunal iuxta morẽ. ⁊ cantores ⁊ turmas ꝑpe eum. omnemq; populum terre letantẽ. ⁊ canentẽ tubis: ⁊ scidit vestimenta sua clamauitq;. Coniuratio. coniuratio. Precepit aũt ioiada cẽturionib; qui erant super exercitũ: ⁊ ait eis. Educite eam extra septa tẽpli: ⁊ quicunq; eã secutus fuerit: fereatur gladio. Dixerat enim sacerdos: non occidatur in tẽplo domini. Imposueruntq; ei manꝰ ⁊ impegerunt eam per viam introitus eq̃ꝝ iuxta palacium: ⁊ interfecta est ibi. Pepigit ergo ioiada fedus inter deum ⁊ regẽ. ⁊ inter populum. vt esset populus dñi: ⁊ inter regem ⁊ populum. Ingressusq; est omnis populus terre templum baal. ⁊ destruxerunt aras eius: ⁊ imagines contriuerunt valide: mathã quoq; sacerdotem baal occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo domini: tulitq; centuriones ⁊ chereti ⁊ phaleti legiones ⁊ omnẽ populũ terre: deduxeruntq; regem de domo domini. Et venerunt per viam porte scutarioꝝ in palacium: ⁊ sedit super thronum regum. Letatusq; est omnis populus terre: ⁊ ciuitas conquieuit. Atalia autem occisa est gladio in domo regis: septẽq; annorum erat ioas cum regnare cepisset.

¶ Capitulum. XII.

Anno septimo iehu regnauit ioas Quadraginta annis regnauit in hierusalē: nomē matris eī sebia de bersabee. Fecitq; ioas rectum coram dño cunctis diebꝫ quibꝫ docuit eum ioiada sacerdos: veruntamen excelsa non abstulit. Adhuc enī populus immolabat et adolebat in excelsis incensuꝫ. Dixitq; ioas ad sacerdotes. Omnē pecuniā sanctoꝝ que illata fuerit in tēpluꝫ dñi a p̄tereuntibꝫ que offert̄ p̄recio aīe ⁊ quā sponte ⁊ arbitrio cordis sui inferūt in tēpluꝫ dñi. accipiāt illā sacerdotes iuxta ordinē suū et instaurēt sartatecta dom⁹ si q̄d necrīū viderint instauratōne: Igit̄ vsq; ad vicesimūterciū annū regis ioas: nō instauraverūt sacerdotes sartatecta tēpli. Vocauitq; rex ioas ioiadā pontificē ⁊ sacerdotes: dicēs eis. Quare sartatecta ñ instauratis tēpli: Nolite ḡ amplius accipe pecuniā iuxta ordinē vr̄m: sed ad instaurationem tēpli reddite eā. Prohibitiq; sunt sacerdotes vlt̄ accipe pecuniā a pplo: et instaurare sartatecta domus. Et tulit ioiada pontifex gazophilaciū vnū. aperuitq; foramē desup: et posuit illud iuxta altare ad dextrā ingredientiū domū dñi: mittebantq; in eo sacerdotes qui custodiebant ostia omnē pecuniā que deferebaṫ ad templum dñi. Cūq; viderēt nimiā pecuniam esse in gazophilacio. ascendebat scriba regis ⁊ pontifex. effundebātq; ⁊ nūerabant pecuniā que inueniebaṫ in domo dñi: et dabāt eā iuxta nūer atq; mensurā in manu eoꝝ qui p̄erāt cemētarijs domus dñi. Qui īpendebāt eā in fabris lignoꝝ ⁊ in cemētarijs hijs qui opabanṫ in domo dñi: et sartatecta faciebāt ⁊ in hijs q̄ cedebant saxa. ⁊ vt emerēt ligna ⁊ lapides q̄ excidebanṫ: ita vt impleret̄ instauratio domus dñi in vniuers q̄ indigebāt expēsa ad muniendā domū. Verūtamē ñ fiebāt ex eadē pecūia ꝑdrie tēpli dñi ⁊ fuscinule ⁊ thuribula ⁊ tube ⁊ oē vas aureū ⁊ argenteū: de pecunia q̄ inferebaṫ in tēplum dñi. Dijs enī qui faciebāt opus dabaṫ: vt instaura ret̄ tēplum dñi. Et nō fiebat ratio hijs hominibꝫ qui accipiebant pecuniā vt distribuerēt eā artificibꝫ: sed ī fide ẽctabāt eā. Pecuniā vero p̄ delicto ⁊ pecuniā p pc̄is non inferebāt in tēplū dñi: qr̄ sacerdotuꝫ erat. Tunc ascendit asahel rex sirie ⁊ pugnabat ꝑtra geth: cepitq; eam. Et direxit faciē suā vt ascēderet in hierusalē. Quaꝝobrē tulit ioas rex iuda omīa sc̄ificata q̄ ꝑsecrauerat iosaphat ⁊ ioram ⁊ ochozias p̄es eius reges iuda: et q̄ ipse obtulerat: et vniuersum argentū qđ inueniri potuit in thesauris tēpli dñi. ī palacio regis: misitq; asahēli regi sirie ⁊ recessit ab hierusalē. Reliq̄ aūt sermonū ioas et vniuersa que fecit: nonne hec scripta sunt in libro verboꝝ dieꝝ regū iuda? Surrexerūt aūt serui eī⁹ ⁊ ꝑiurauerūt inter se: ꝑcusserūtq; ioas ī domo mello in descēsu sela. iozachar namq; filī⁹ semath ⁊ iozabath filī⁹ somer serui eī⁹ ꝑcusserūt eū ⁊ mortuus est. Et sepelierunt eū cū p̄ribꝫ suis in ciuitate dauid: regnauitq; amasias filius eius p eo.

Capitulum. XIII.

Anno vicesimotercō ioas filī⁹ ochozie regis iude. regnauit ioachaz filius iehu sup̄ isrl̄ in samaria decem ⁊ septē annis et fecit malū corā dño. Secutusq; est peccata hieroboaz filij nabath qui peccare fecit isrl̄: ⁊ non declinauit ab eis. Iratusq; est furor dñi ꝑtra isrl̄. et tradidit eos in manu asahel regis sirie et in manu benadab filij asahel cūctis diebus. Deprecatus est autē ioachaz faciem domini: et audiuit eum dñs. Vidit enim angustiam israhel: qr̄ attriuerat eos rex sirie. Et dedit dñs saluatorē israheli ⁊ liberat⁹ est de manu regis sirie: habitaueruntq; filij isrl̄ in tabnacul̄ suis. sicut heri et nudiusterci⁹. Verūtamē nō recesserūt a peccatis domus hieroboaz qui peccare fecit isrl̄: sed in ipsis ambulauerūt. Sed quidem et lucus p̄mansit in samaria: et non sunt derelicti ioachaz de populo nisi quinq̄ginta equites: ⁊ decē currus ⁊ decē milia peditū: interfecerat enī eos rex sirie: ⁊ redegerat quasi puluerē in tritura aree. Reliq̄ aūt sermonū ioachaz ⁊ vniuersa q̄ fecit et fortitudo eius: Nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum israhel? Dormiuitq; ioachaz cum patribꝫ suis: et sepelierunt eum in samaria: regnauitq; ioas filius eius p̄ eo. Anno tricesimoseptimo ioas regis iuda regnauit ioas filius ioachaz sup̄ isrl̄ in samaria sedecim

annis: ⁊ fecit quod malum est in ꝓspectu dñi. Non declinauit ab omnibꝫ peccatis hieroboam filij nabath qui peccare fecit israhel: sed in ipsis ambulauit. Reliq̃ aũt sermonũ ioas ⁊ vniuersa que fecit: ⁊ fortitudo ei⁹ quõ pugnauerit ꝑtra amasiaz regem iuda, nonne hec scripta sunt in libro sermonũ dieꝝ regũ israhel? Et dormiuit ioas cũ ꝑribꝫ suis: hieroboã aũt sedit sup soliũ eius. Porro ioas sepultus est in samaria cũ regibꝫ israhel. Heliseus autẽ egrotabat infirmitate qua ⁊ mortuus est Descenditq; ad eũ ioas rex israhel. ⁊ flebat cor̃ eo: dicebatq; ꝑ̃ mi. ꝑ̃ mi: curr⁹ isrl̃ ⁊ auriga ei⁹. Et ait illi heliseus. Affer arcũ ⁊ sagittas. Cũq; attulisset ad eũ arcum ⁊ sagittas: dixit ad regẽ isrl̃. Pone manũ tuã sup arcũ. Et cum posuisset ille manũ suaz: supposuit heliseus man⁹ suas manibꝫ regis: et ait. Aperi fenestrã orientalẽ. Cũq; aperuisset. dixit heliseus. Jace sagittã. Et iecit. Et ait heliseus. Sagitta salutis dñi: ⁊ sagitta salutis ꝑtra siriam. Percuciesq; siriã ĩ aphec: donec ꝓsumas eã. Et ait. Tolle sagittas. Qui cũ tulisset Rursum dixit ei. Percute iaculo terraz. Et cũ ꝑcussissz tribꝫ vicibꝫ ⁊ stetisset: iratus est vir dei ꝑtra eũ: ⁊ ait. Si ꝑcussisses quinqes aut sexies siue septies: ꝑcussisses siriã vsq; ad ꝓsumationẽ. Nunc aũt tribꝫ vicibꝫ ꝑcucies eã. Mortuus est ḡ heliseus et sepelierũt eum. Latrũculi aũt de moab venerũt in terrã in ipso anno. Quidã aũ sepeliẽtes hominẽ viderunt latrũculos: ⁊ proiecerunt cadauer in sepulcro heliseĩ. Qđ cũ tetigisset ossa heliseĩ reuixit homo ⁊ stetit sup pedes suos. Igiẽ asahel rex sirie afflixit isrl̃: cunctis diebꝫ ioachaz. Et misertus est dñs eoꝝ: ⁊ reuersus ẽ ad eos propter pactum suum quod habebat cuz abraham ⁊ ÿsaac ⁊ iacob: ⁊ noluit disperdere eos neq; proicere penit⁹ vsq; in presens tẽpus. Mortuus est autẽ asahel rex sirie: ⁊ regnauit benadab filius ei⁹ ꝓ eo. Porro ioas filius ioacham tulit vrbes de manu benadab filij asahel quas tulerat ꝺ manu ioachaz patris sui: iure prelij. Tribus vicibꝫ percussit eum ioas: ⁊ reddidit ciuitates israhel.

¶ Capitulum XIIII.

rit ī ťra. ꝙ peſtilẽtia erugo. ꝙ aurugo ꝙ lo-
cuſta ꝙ bruc⁹. ꝙ hoſtes vaſtatis regionib̃
portas obſederīt ciuitatis. oīſqꝫ plaga et i
firmitas p̄ſſerit: ſi q̃s ȝ ꝓpľo tuo iſrľ fuerit
deꝓcat⁹. ꝙgnoſcẽs plagã et īfirmitatẽ ſuã
et expãderit man⁹ ſuas ī domo hac: tu ex-
audies de celo ȝ ſublimi ſcz habitacľo tuo
et ꝓpiciare: et redde vnicuiqꝫ ſcȓm vias ſu
as q̃s noſti eũ habere in corde ſuo. Tu enī
ſol⁹ noſti corda filioꝝ hoīm: vt timeant te
et ābulẽt in vijs tuis cunctis dieb̃ q̃b vi
uũt ſup faciẽ terre quã dediſti pr̄ib̃ nr̄is
Extremũ q̃ꝫ q̃ ñ ē ȝ ꝓpľo tuo iſrľ ſi venerit
ȝ ťra lõgiq̃ ꝓpter nomẽ tuũ magnũ ꝙ ꝓpť
manũ tuã robuſtã. et brachiũ tuum extẽ-
tũ. et adorauerit in loco iſto: tu exaudies

de celo firmissimo habitaculo tuo. et facies cuncta p quę inuocauerit te ille peregrin⁹: vt sciāt oēs pl̄i ter̄e nomē tuū. et timeāt te sicut pl̄us tu⁹ isrl̄: et ꝓgnoscāt qz nomē tuū i uocatū ē sup domū hāc quā edificaui noī tuo. Si egressus fuerit pl̄us tu⁹ ad bellū ꝯ aduersarios suos. p viā q̄ miseris eos: adorabūt te ꝯ viā i q̄ ciuitas hec ē quam elegisti. et dom⁹ quā edificaui noī tuo: vt exaudias ō celo p̄ces eoꝝ et obsecracōez. et vlciscaris. Si aī peccauerīt tibi. neq; ei ē hō q̄ ñ peccet. et irat⁹ fueris eis. et trādideris hostib⁹. et captiuos duxerīt eos i terrā lōginquā vl̄ certe q̄ iuxta ē: et ꝓuersi i corde suo i ter̄a ad quā captiui ducti fuerāt egerint penitēciā. et deprecati te fuerīt in terra captiuitatis sue dicētes. peccauim⁹. iniq̄ fecim⁹. iniuste egim⁹: et reuersi fuerīt ad te i toto corde suo. et tota aīa sua i ter̄a captiuitatis sue. ad quam ducti sunt: adorabūt te ꝯ viā ter̄e sue quā dedisti p̄ribꝰ eoꝝ et vrb̄ quam elegisti. et dom⁹ quā edificaui noī tuo: vt exaudias ō celo hoc ē de firmo habitaculo tuo p̄ces eoꝝ: et facias iudiciū. et dimittas pl̄o tuo quāuis pct̄ori. Tu es ei⁹ de⁹ me⁹. Aperiāt q̄so oculi tui: et aures tue intēte sint ad oronē q̄ fit in loco isto. Nūc igit̄ ꝯsurge dne de⁹ i requem tuā: tu et archa fortitudis tue. Sacerdotes tui dne de⁹ induāt salutē: et sancti tui letēt in bonis. Dne de⁹ me⁹ ne auertaris faciē p̄pi tui Memento misericordiaꝝ dō tui tui. Cūq; ꝯplesset salomō fundēs p̄ces. ignis descēdit de celo et deuorauit holocausta et victimas. et maiestas dni ipleuit domū: nec poterāt sacerdotes ingredi tēplū dni eo q̄ ipleret maiestas dni tēplū dni: sz et oēs filij isrl̄ videbāt descēdentē ignē. et gl̄am dni sup domū: et corruētes pni i terrā sup pauimētū stratum lapide adorauerūt et laudauerūt dnm qm̄ bon⁹ qm̄ i seculū misericordia ei⁹. Rex aī et omis pl̄us īmolabāt victimas corā dño.

Capitulū. VII.

Dactauit igit̄ rex salomō hostias. boum vigintiduo milia: arietum centūuiginti milia. Et dedicauit domū dei rex et vniuersus pl̄us. Sacerdotes aī stabāt i officijs suis. et leuitę i organis carminū dni. q̄ fecit dauid rex ad laudandū dominū. qm̄ i seculū misericordia ei⁹: ymnos dauid canētes per manus suas.

Porro sacerdotes canebāt tubis añ eos cunctusq; isrl̄ stabat. Sanctificauit q̄z salomō medium atrij añ templū dni. Obtulerat enī ibi holocausta et adipes pacificoꝝ: qz altare eneū qd̄ fecerat nō poterat sustinere holocausta et sacrificia et adipes. Fecit g̃ salomō solēnitatē in tpe illo septem diebꝰ et oīs isrl̄ cū eo. ecclesia magna valde: ab introitu emath vsq; ad torrentez egipti. Fecitq; die octauo collectā. eo q̄ dedicasset altare septē diebꝰ. et solennitatez celebrasset diebꝰ septē. Igit̄ in die. vicesimaꝝ cia mensis septimi dimisit pl̄os ad tabna cula sua: letātes atq; gaudētes sup bono qd̄ fecerat dns dauid et salomōi et isrl̄ populo suo. Cōpleuitq; salomō domū dni. et domū regis. et oīa q̄ disposuerat in corde suo vt faceret i domo dni et i domo sua. et prosperat⁹ est. Apparuit aī ei dns nocte et ait. Audiui oronē tuā: et elegi locū istū mihi i domū sacrificij. Si clausero celū et pluuia nō fluxerit. et mandauero et p̄cepero locuste vt deuorent terraz. et misero pestilenciā i pl̄um meū: ꝓuersus aūt pl̄us me⁹ sup q̄s inuocatū ē nomē meū. deprecat⁹ me fuerit. et exquisierit faciē meā. et egerit penitēciā a vijs suis pessimis: et ego exaudiā de celo. et pici⁹ ero peccatis eoꝝ. et sanabo terrā eoꝝ. Oculi q̄z mei erūt apti. et aures mee erectę: ad oronē ei⁹ q̄ in loco isto orauerit. Elegi enī et sanctificaui locum istū: vt sit nomē meū ibi i sempiternū. et p maneāt oculi mei et cor meū ibi cūctis diebꝰ. Tu q̄z si ābulaueris corā me sic ābulauit dō p̄r tu⁹. et feceris iuxta oīa q̄ p̄cepi tibi. et iusticias meas iudiciaq; seruaueris: suscitabo thronū rḡni tui. sic pollicit⁹ suz dō p̄ri tuo dicēs. Nō auferet̄ ō stirpe tua vir. q̄ sit p̄nceps i isrl̄. Si aī auersi fueritis et dereliq̄ritis iusticias meas et p̄cepta mea q̄ posui vob: et abeuntes seruieritis dijs alienis et adoraueritis eos: euellā vos ō ter̄a mea quā dedi vob. et domū hāc quā edificaui nōi meo piciā a facie mea: et dabo eā i parabolā et i exemplū cūctis pl̄is. et dom⁹ ista erit i prouerbiū vniuersis trānseūtibꝰ: et dicēt stupentes. Quare fecit dns sic ter̄e huic et domui huic? Respōdebūtq;. Quia dereliquerunt dominū deū patrū suoꝝ. q̄ eduxit eos de terra egipti: et apphēderūt deos alienos. et adoraueret eos et coluerūt:

idcirco venerſt ſup eos vniuerſa hec mala

¶ Capitulū. .VIII.

EXpletis aūt viginti ānis poſtq̄ edificauit ſalomō domū dñi et domū ſuā: ciuitates q̄s dederat hiraz ſalomoni edificauit. ⁊ habitare ibi fecit filios iſrl̄. Abijt q̄z ī emath ſuba. ⁊ obtinuit eā et edificauit palmirā in deſto: ⁊ alias ciuitates munitiſſimas edificauit in emath. Extruxitq̄ bethoron ſuperiorē. ⁊ bethorō īferiorem. ciuitates muratas hñtes portas ⁊ vectes et ſeras. Balaath eciam ⁊ oēs vrbes firmiſſimas q̄ fuerſt ſalomonis: cūctaſq̄ vrbes q̄drigarū. ⁊ vrbes eqtū. Oīa quecūq̄ voluit fecit rex ſalomon atq̄ diſpoſuit. edificauit ī hirl̄m. ⁊ ī libano. et ī vniuerſa t̄ra poteſtatis ſue. Oēz p̄plm q̄ derelict⁹ fuerat de betheis ⁊ amorreis. ⁊ pherezeis. ⁊ eueis et iebuſeis. q̄ nō erāt ō ſtirpe iſrl̄. de filijs eorū et de poſteris q̄s nō interfecerāt filij iſrl̄ ſubiugauit ſalomon in tributarios vſq̄ in diē hanc. Porro de filijs iſrl̄ nō poſuit vt ſeruirēt opib⁹ regis. Ipi eī erāt viri bellatores et duces p̄mi. et p̄ncipes q̄drigarū et eqtū ei⁹. Oēs aūt p̄ncipes exercit⁹ regis ſalomonis. fuerſt ducē tiq̄nquagīta. q̄ erudiebāt p̄plm. Filiā vo pharaonis t̄nſtulit ō ciuitate dauid: ī domū quā edificauerat ei. Dixit eī rex. Non hītabit uxor mea ī domo dauid regis iſrl̄. eo q̄ ſāctificata ſit: q̄ ingreſſa ē ī eā archa dñi Tūc obtulit ſalomō olocauſta domīo ſup altare dñi q̄ō extruxerat añ porticū: vt p̄ ſingl̄os dies offerret ī eo iuxta p̄ceptū moyſi ī ſabbatis. ⁊ ī kalēdis ⁊ ī feſtis diebꝰ t̄r p̄ ānū. i. ī ſolēnitate azimorū et ſolēnitate ebdomadarū ⁊ ī ſolēnitate tabnaculorū. Et p̄ſtituit iuxta diſpoſicōem dauid p̄ris ſui officia ſacerdotū ī miniſterijs ſuis. et leuitas ī ordīe ſuo: vt laudarēt et miſtrarēt corā ſacdotib⁹ iuxta ritū vniuſcuiuſq̄ diei: ⁊ ianitores ī diuiſionib⁹ ſuis p̄ portā. ⁊ portā. Sic eī p̄ceperat dauid hō dei Nec p̄tergreſſi ſūt de mādatis regis tā ſacerdotes q̄ leuite: ex oīb⁹ q̄ p̄ceperat. Et ī cuſtodijs theſaurorū oēs impenſas p̄paratas habuit ſalomō: ex eo die q̄ fūdauit domū dñi vſq̄ ī diē q̄ p̄fecit eā. Tūc abijt ſalomō ī aſiongaber. et in hailath. ad horā maris rubri q̄ eſt in t̄ra edon. Miſit q̄ eī hirā p̄ manus ſuorū ſuorū naues ⁊ nautas gnaros maris: ⁊ abierſt cū ſuis ſalomonis ī ophir. Tulerſtq̄z inde q̄drīgētaq̄n q̄ginta talēta auri: ⁊ attulerūt ad regē ſalomonem.

¶ Capi. IX.

REgina q̄z ſaba cū audiſſet famaz ſalomonis. venit vt t̄ptaret eū ī enigmatib⁹ in hirl̄m: cuz magnis opib⁹ et camelis q̄ portabant aromata. et auri plurimū gēmaſq̄ p̄cioſas. Cūq̄ veniſſet ad ſalomonē locuta ē ei quecūq̄ erāt ī corde ſuo. Et expoſuit ei ſalomō oīa q̄ p̄poſuerat: nec q̄cq̄ fuit q̄d nō p̄ſpicuū ei fecerit. Que poſtq̄ vidit ſapiēciā ſcz ſalomonis. ⁊ domū quā edificauerat. necnō ⁊ cibaria mēſe eī⁹ ⁊ habitacl̄a ſuorū et officia miſtrorū eī⁹ et veſtimētorū eorū. pincernas q̄z et veſtes eorū: et victimas q̄s immolabat in domo dñi. nō erat p̄ ſtupore vltra ī ea ſpūs. Dixitq̄ ad regē. Ver⁹ ē ſmo quez audierā in t̄ra mea: de virtutib⁹ et ſapiētia tua. Nō credebā narrantib⁹: donec ipa veniſſem ⁊ vidiſſēt oculi mei. et p̄baſſem vix medietatē ſapiētie tue mihi fuiſſe narratā. Eliciſti famaz vtutib⁹ tuis. Beati viri tui ⁊ beati ſui tui: hij q̄ aſſiſtūt coraz te omñi tpe. ⁊ audiūt ſapiētiā tuā. Sit dñs de⁹ tu⁹ bñdictus q̄ voluit te ordinare ſup thronū ſuū regē dñi dei tui. Quia eī diligit de⁹ iſrl̄. ⁊ vult ſuare eū ineternū: idcirco poſuit te ſup eū regē. vt facias iudiciū atq̄ iuſticiā. Dedit aūt regi centūuiginti talēta auri. ⁊ aromata ml̄ta nimis: ⁊ gemmas p̄cioſiſſimas. Nō fuerſt aromata talia: vt hec q̄ dedit regina ſaba rḡi ſalomōi. Quz ⁊ ſui hirā cū ſuis ſalomōis attulerūt aurū de ophir: ⁊ ligna thyina. ⁊ gēmas p̄cioſiſſimas. De q̄b⁹ fecit rex de lignis scz thyinis gradus ī domo dñi· ⁊ in domo regia: citharas q̄z ⁊ pſalteria cantorib⁹. Nūq̄ viſa ſūt ī t̄ra iuda ligna talia. Rex aūt ſalomō dedit regine ſaba cūcta q̄ voluit. ⁊ q̄ poſtulauit: et multoplura q̄ attulerat ad eum. Que reuerſa abijt ī t̄rrā ſuā cū ſuis ſuis. Erat aūt pond⁹ auri q̄d afferebatur ſalomoni p̄ ſingulos ānos ſexcētaſexagintaſex talenta auri: excepta ea ſūma quaz legati diuerſarū gētiū et negociatores afferre conſueuerāt. omneſq̄ reges arabie ⁊ ſatrape t̄rarum: qui portabant aurum ⁊ argentū ſalomoni. Fecit igit̄ rex ſalomō ducētas baſtas aureas. de ſūma ſexcētorū

aureoꝝ: q̄ in singlis hastis expendebant. Trecenta q̄z scuta aurea trecentoꝝ aureorum: q̄bꝫ tegebant singula scuta. Posuitq̄z ea rex ī armamētario qꝺ erat ꝓsitū nemore. Fecit q̄z rex soliū eburneū grande: ⁊ vestiuit illud auro mūdissimo. Sex q̄z gꝺus q̄bꝫ ascendebat ad soliū: ⁊ scabellū aureū. ⁊ brachiola duo altrīsec⁹. ⁊ duos leones stātes iuxta brachiola: sed ⁊ alios duodecim. leūculos stantes sup sex gꝺus ex vtrāq̄z pte. Non fuit tale solum in vniuersis regnis. Omnia q̄z vasa ꝓuiuꝝ regis erant aurea: ⁊ vasa dom⁹ salt⁹ libani ex auro purissimo. Argentū em̄ in diebꝫ illis p nihilo reputabat. Siq̄dem naues regis ibant ī tharsis cū fluis hiraz semel in tribꝫ annis: ⁊ deferebant inde auꝝ ⁊ argentū ⁊ ebur ⁊ sȳmias ⁊ pauos. Magnificat⁹ est igr̄ salomon sup oēs reges trę: pre diuiciis ⁊ gl'a. Omnesq̄z reges trę desiderabant videre faciem salomonis: vt audirēt sapiam quaz dederat de⁹ ī corde ei⁹. Et deferebant ei munera: vasa argentea ⁊ aurea ⁊ vestes ⁊ arma ⁊ aromata. eq̄s ⁊ mulos p singulos annos. Habuit q̄z salomon q̄draginta milia equoꝝ ī stabulis: ⁊ curruū eq̄tumq̄z duodecī milia. Constituitq̄z eos in urbibꝫ q̄drigaꝝ: et vbi erat rex ī ihr̄l'm. Exercuit etiaz pr̄atem sup cūctos reges a flumine euphraten vsq̄z ad t̄ram philistinoꝝ: ⁊ vsq̄z ad t̄minos egipti. Tantāq̄z copiaz p̄buit argenti in ihr̄l'm q̄i lapidū: ⁊ cedroꝝ tantaz multitudinē velut siccomoꝝ q̄ gignunt̄ ī campestribꝫ. Adducebant̄ aut̄ ei equi de egipto: cūctisq̄z regionibꝫ. Reliq̄ aut̄ operꝝ salomonis ꝓꝝ ⁊ nouissimoꝝ scꝑta sunt in ꝺbis nathan ꝓphetę et in libris ahie silonitis: ī visione q̄z addo videntis ꝓt̄ iheroboam filiū nabath. Regnauit aut̄ salomon in ihr̄l'm sup oēm israel: q̄draginta annis. Dormiuitq̄z cū patribꝫ suis et sepelier̄t eum ī ciuitate dauid: regnauitq̄z roboam fili⁹ eius p eo. ¶ Ca. X

Profectus est aut̄ roboaz in sichem. illuc em̄ cunct⁹ isral' ꝓuenerat vt cōstituerent eū regē. Qꝺ cū audisset hieroboam fili⁹ nabath q̄ erat in egipto: fugerat q̄ppe illuc añ salomonē: statim reuersus est. Vocauer̄tq̄z eū ⁊ venit cū vniuerso isral'. ⁊ locuti sunt ad roboam dicentes. Pr̄ tu⁹ durissimo iugo nos pressit. tu leuiora impera patri tuo q̄ nobis imposuit grauē seruitutem: ⁊ paululū de onere subleua. vt fuiam⁹ tibi. Qui ait. Post tres dies reuertimini ad me. Cūq̄z abisset plus: iniit consilium cū senibꝫ q̄ steterant coram patre ei⁹ salomone dūadhuc viueret dicens. Quid datis consilij vt rn̄deamus plo? Qui dixerunt ei. Si placueris plo huic et lenieris eos verbis clementibꝫ: seruient tibi omni tempore. At ille reliquit consiliū senum: ⁊ cū iuuenibꝫ tractare cepit q̄ cum eo nutriti fuerāt. ⁊ erant ī comitatu illi⁹. Dixitq̄z ad eos. Quid vobis videt̄. vel rn̄dere q̄ꝺ debeo plo huic q̄ dixit mihi: subleua iugum qꝺ imposuit nobis pater tuus? At illi rn̄derunt vt iuuenes et nutriti cū eo in delicijs: atz dixerunt. Sic loq̄ris plo q̄ dixit tibi. pater tuus aggrauauit iugum nr̄m tu subleua: ⁊ rn̄debis ei. Minim⁹ digitus me⁹ grossior est lumbis patris mei. Pater me⁹ imposuit vobis gue iugum: et ego maius pondus apponam. Pater me⁹ cecidit vos flagellis: ego vero cedam vos scorpionibꝫ. Venit ergo hieroboam et vniuersus plus ad roboam die tercio: sicut pcepat eis. Rn̄ditq̄z rex dura. derelicto ꝓsilio seniorꝝ: locutusq̄z est iuxta iuuenū voluntatem. Pater meus gue vobis imposuit iugū: quod ego graui⁹ faciam. Pater meus cecidit vos flagellis: ego vero cedam vos scorpionibꝫ. Et non acq̄euit plis precibꝫ. Erat em̄ voluntatis dei: vt ꝓpleret̄ sermo ei⁹. quem locut⁹ fuerat per manū ahie silomitis ad hierobo am filiū nabath. Populus aut̄ vniuersus rege duriora dicētes: sic locut⁹ est ad eum. Nō est nobis ps in dauid: neq̄z hereditas in filio ysai. Reuertere ī tabernacula tua isral'. Tu aut̄ pasce domū tuam dn̄. Et abiit israel in tabernacula sua. Sup filios aut̄ israel q̄ habitabāt in ciuitatibꝫ iuda: regnauit roboam. Misitq̄z rex roboam aduram q̄ preerat tributis: ⁊ lapidauerunt eum filij israel. ⁊ mortu⁹ est. Porro rex roboam curru festinauit ascendere: ⁊ fugit in ihr̄l'm. Recessitq̄z israel a domo dauid: vsq̄z ad diez hanc. Factum est aut̄ cum audisset omnis israel qꝺ reuersus esset iheroboam: miserunt et vocauerunt eum congregato cetu et constituerunt eum regem sup omnem israel: nec secutus est q̄spiam domum dauid pret tribum iuda solam. ¶ Ca. XI.

Venit aũ roboaz in ihrlm: et conuocauit vniuersaz domũ iudaꝫ bẽiamin centũoctoginta milia electoꝝ atz bellantiũ: vt dimicaret ꝓ̃ israelꝫ conuerteret ad se regnũ suũ. Factusqz ẽ ꝑmo dñi ad semeiaz hoiem dei dicens. Loqre ad roboaz filiũ salomõis regẽ iuda: ꝫ ad vniuersũ israel. q̃ est ĩ iudaꝫ bẽiamĩ. Hec dicit dñs. Nõ ascẽdetis neqz pugnabitis contr̃ fres vros: reuertat̃ vnusqsqz in domũ suam. qz mea hoc gestũ est volũtate. Qui cũ audissent ꝑmonẽ dñi reuersi sũt: nec ꝓcesser̃t ꝓ̃ hieroboaz. Habitauit aũ roboaz in ihrlm: et edificauit ciuitates muratas ĩ iuda: extruxitqz bethleem ꝫ ethaz ꝫ thecue. bethsur qz et soccoth ꝫ odollaz. necnõ ꝫ gethꝫ maresa ꝫ ziph: sed ꝫ aduram ꝫ lachis ꝫ azecha. saraa qz ꝫ ahialon ꝫ hebron q̃ erant ĩ iuda et bẽiamin: ciuitates munitissimas. Cũqz clausisset eas muris. posuit in eis ꝓncipes ciboꝝqz horrea: hoc ẽ oleiꝫ vini. Sz et ĩ singulis vrbibo fecit armamẽtaria scutoꝝ ꝫ hastaꝝ: firmauitqz eas sũma diligentia: ꝫ imꝑauit su ꝑ iudaz ꝫ bẽiamĩ. Sacerdotes aũt ꝫ leuite q̃ erant in vniuerso israꝫ. venerũt ad eũ de cũctis sedibo suis: relinq̃ntes suburbana ꝫ possessiones suas. et trnseũtes ad iudã et ihrlm: eoqz abiecisset eos hieroboam et posteri eiꝰ ne sacerdotõ dñi fũgerent̃: q̃ cõstituit sibi sacerdotes excelsoꝝ ꝫ demõioꝝ vitulorumqz qs fecerat. Sz et de cũctis tribubus israꝫ q̃cunqz dederãt corꝫ suũ vt q̃rerent dñm deũ israel. venerũt in ihrlm ad immolãdũ victimas suas corã dño deo pr̃m suoꝝ: et roborauerũt regnũ iuda et cõfirmauerũt roboaz filiũ salomonis ꝑ tres annos. Ambulauerũt em̃ in vijs dauid ꝫ salomonis annis tm̃ tribo. Duxit aũ roboaz vxorẽ maalath filiã iherimuth filij dõ abigail qz filiã heliab filij isai: q̃ peperit ei filios iebꝰ ꝫ sõmoriam ꝫ zeom. Post hanc qz accepit maachã filiam absolon: q̃ peperit ei abiaꝫ thabiꝫ ziza et salomith. Amauit aũ roboã maathã filiaz absolon: sup oẽs vxores suas ꝫ cõcubinas. Nam vxores decẽ ꝫ octo duxerat. cõcubinas aũ sexagĩta: et genuit vigintiocto filios et sexaginta filias. Constituit vero ĩ capite abiam filiũ maacha ducẽ sup omnes frẽs suos: ipsũ em̃ regẽ facere cogitabat qz sapientior fuit et potẽtior sup omnes filios eiꝰ: et in cũctis finibo iuda et beniamin et in vniuersis ciuitatibo muratis. Prebuitqz eis escas plurimas: et multas petiuit vxores.

Ca. XII

Cumqz roboratum fuisset regnũ roboam et confortatũ: dereliqt legez dñi ꝫ omnis israel cũ eo. Anno aũ qnto regni roboam. ascendit sesach rex egipti in ihrlm (qz peccauerant dño) cũ mille ducẽtis curribo ꝫ sexaginta milibo eqtum. Nec erat numerꝰ vulgi qõ venerat cũ eo ex egipto: libies scz et trogodite et ethiopes: cepitqz ciuitates munitissimas in iuda. et venit vsqz in ihrlm. Semeias aũ ꝓpheta ingressus ẽ ad roboamꝫ ꝓncipes iuda q̃ congregati fuerant in ihrlm fugientes sesach: dixitqz ad eos. Hec dicit dñs. vos reliqstis me: et ego reliq vos in manu sesach. Consternatiqz ꝓncipes israel̃ et rex dixer̃t. Justꝰ est dñs. Cũqz vidisset dñs qõ humiliati essent: factꝰ est ꝑmo dñi ad semeiam dicens. Quia humiliati sunt ñ dispdam eos: dabo qz eis pauxillũ auxilij: et nõ stillabit furor meꝰ sup hierusalem ꝑ manũ sesach. Verũtñ seruient ei: vt sciant distantiam seruitutis mee ꝫ seruitutis regni terr̃. Recessit itaqz sesach rex egipti ab ihrlm sublatis thesauris domꝰ dñi et domꝰ regis: omniaqz secũ tulit. et clipeos aureos qs fecerat salomõ pro qbo fecit rex eneos: et trdidit illos ꝓncipibo scutarioꝝ q̃ custodiebant vestibulũ palacij. Cũqz introiret rex domũ dei. veniebant scutarij et tollebant eos: itaqz referebant eos ad armamẽtariũ suũ. Verũtñ qz humiliati sũt auersa est ab eis ira dñi: nec deleti sunt penitꝰ. Siqdem et in iuda inuẽta sunt opa bona. Confortatꝰ est ergo rex roboam in hierusalem: atz regnauit. Quadraginta aũ et vnius anni erat cũ regnare cepisset: et decem ꝫ septem annis regnauit in hierusalem vrbe quam elegit dñs: vt confirmaret nomẽ suũ ibi. de cunctis tribubo israel. Nomen aũ matris eius naama ammanites. Fecitqz malum: ꝫ non prepauit corꝫ suũ vt q̃reret dñm. Opera vero roboam ꝓma ꝫ nouissima scr̃pta sunt in libris semeie ꝓphe et addo videntis: ꝫ diligenter expo sita. Pugnaueruntqz aduersũ se roboam ꝫ hieroboam cunctis diebo. Et dormiuit roboam cũ patribus suis: sepultusqz est in ciuitate dauid: et regnauit abia filius eius ꝓ eo.

Ca. XIII

Anno octauodecimo regis hierobo am regnauit abia sup iudam. Tribo annis regnauit in ihrlm. Nomenq matris eius michaia:filia vrihel ō gabaa: et erat bellū inter abia ⁊ hieroboam. Cūq iniisset abia certamen ⁊ hēret bellicosissimos viros.et electoꝝ q̄draginta milia:hieroboam cōstruxit econt aciem octoginta milia viroꝝ:q̄ et ipsi electi erant⁊ ad bella fortissimi. Stetit g̃ abia sup montē semeron.q̄ erat in ephraim:et ait. Audi hieroboaz ⁊ oīs israel. Nū ignoratis qō dñs de⁹ isrl̄ dederit regnum dō sup isrl̄ in sempiternū.ipsi ⁊ filijs ei⁹ ī pactū salis. Et surrexit hieroboaz fili⁹ nabath seru⁹ salomonis filij dō:et rebellauit ꝓtra dñm suū. Congregatiq sunt ad eū viri vanissimi et filij beli al:⁊ p̄ualuert ꝑ roboaz filiū salomonis. Porro roboaz erat rudis ⁊ corde pauido: nec potuit resistere eis. Nūc g̃ vos dicitis qō resistere possitis regno dñi qō possidet p filios dō:habetisq g̃ndez ꝑlī multitudinē:atz vitulos aureos q̄s fecit vob hieroboaz in deos. Et eiecistis sacerdotes dñi filios aaron atz leuitas:⁊ fecistis vob sacerdotes sicut oēs ꝑlī trāz. Quicūq venerit ⁊ iniciauerit manū suam ī thauro:ī bob⁹ ⁊ ī arietib⁹ septē: fit sacerdos eoꝝ q̄ non sūt dij. Nr̄ aī dñs de⁹ est:quē nō relinqm⁹. Sacerdotes q̄ mīstrāt dño de filijs aaron.⁊ leuite sūt ī ordīe suo.olocausta q̄z offert dño p singl'os dies.mane et vespe.⁊ thimiama iuxta legis p̄cepta ꝓfectū: ⁊ ꝓponūt panes in mēsa mūdissima Est q̄z apō nos candela bꝝ aureū.⁊ lucerna ei⁹:vt accēdant semp ad vespam. Nos q̄ppe custodim⁹ p̄cepta dñi dei nr̄i:quē vos reliq̄stis. Ergo in exercitu nr̄o dux de⁹ est:⁊ sacerdotes ei⁹ q̄ clangunt tubis ⁊ resonant ꝑ vos. Filij isrl̄. Nolite pugnare ꝑ dñm deū p̄m vr̄oꝝ: qz nō vobis expedit. Nec illo loq̄nte:hieroboam retro moliebat insidias. Cūq ex aduerso hostiū staret:ignorantē iudaz suo ābiebat exercitu. Respicienſq iudas vidit īstare bellū ex aduerso ⁊ p⁹ tergū: ⁊ clamauit ad dñm ac sacerdotes tubis canere cepert: oēsq viri iuda vociferati sūt. Et ecce illis clamātib⁹: p̄truit de⁹ hieroboaz⁊ oēm isrl̄ q̄ stabat ex aduerso abia⁊ iuda. fugertq filij isrl̄ iudā et tradidit eos de⁹ in manu eoꝝ. Percussit g̃ eos abia ⁊ ꝑlus ei⁹ plaga magna: ⁊ corruerūt vulnerati ex isrl̄ quinq̄ginta milia viroꝝ fortiū. Humiliatiq sunt filij isrl̄ in tpe illo.⁊ vehemētissime ꝓfortati filij iuda: eoq sperassent in dño deo p̄m suoꝝ. Persecut⁹ est aī abia fugientē hieroboaz:⁊ cepit ciuitates ei⁹. bethel⁊ filias ei⁹.⁊ ihesana cū filiab⁹ suis. ephron q̄z et filias eius. Nec valuit vlt̄ resistere hieroboā. in diebꝫ abia. Quem p̄cussit dñs ⁊ mortu⁹ est. Igit̄ abia confortato impio suo. accepit vxores q̄tuordecim:procreauitq vigintiduos filios.et sedecim filias. Reliqua aī ꝑmonum abia viaꝝq ⁊ opꝝ eius:scripta sunt diligētissime ī libro addoꝑhete. Ca. XIIII.

Quamiuit aī abia cū patrib⁹ suis:⁊ sepelierī eū in ciuitate dō. Regnauit q̄z asa fili⁹ ei⁹ p eo. In cui⁹ diebꝫ q̄euit t̄ra annis decē. Fecit g̃ asa qō bonū et placitū erat in cōspectu dei sui. ⁊ subuertit altaria pegrini cultus.⁊ excelsa. ⁊ ꝓfregit statuas lucosq succidit: ⁊ p̄cepit iude vt q̄reret dñm deū patꝝ suoꝝ.⁊ faceret legē.et vniuersa mādata. Et obtulit de cūctis vrib⁹ iuda aras ⁊ fana:⁊ regnauit ī pace. Edificauit q̄z vrbes munitas in iuda:qz q̄etus erat⁊ nulla tpib⁹ ei⁹ bella surrexerāt:pacez dño largiēte. Dixit aī iude. Edificem⁹ ciuitates istas.⁊ vallem⁹ muris. ⁊ roborem⁹ t̄ribus ⁊ portis ⁊ seris.donec a bellis q̄eta sūt oīa: eoq q̄sierim⁹ dñm deū p̄m nr̄oꝝ ⁊ dederit nob pacē p gyꝝ. Edificauert igit̄: et nullū in extruēdo īpedimentū fuit. Habuit aī asa in exercitu suo portantiū scuta et hastas de iuda trecēta milia:de bēiamī vero scutariorꝝ ⁊ sagittariorꝝ ducētaseptuagīta milia. oēsq isti viri fortissimi. Egressꝰ ē aī ꝑ eos zara ethiops cū exercitu suo decies cētena milia:⁊ currib⁹ trecētis:⁊ venit vsq maresa. Porro asa pgressit obuiam ei.⁊ īstruxit aciē ad bellū in valle saphata q̄ est iuxta maresa:⁊ inuocauit dñm deū et ait. Dñe ñ ē apō te vlla distātia. vtꝝ ī paucis auxilieris aut in plurib⁹: adiuua nos dñe de⁹ nr̄. In te em̄⁊ ī tuo noīe hñtes fiducia: venī⁹ ꝑ hanc mltitudinē. Dñe de⁹ nr̄ tu es:nō p̄ualet cōtra te hō. Extruit itaq dñs ethiopes corā asa⁊ iuda. fugertq ethiopes ⁊ psecut⁹ ē eos asa⁊ ꝑlus q̄ cū eo erat vsq gerare. Et truert ethiopes vsq ad int̄nitōnem: quia dño cedentē contriti sunt ⁊

exercitu illi⁹ preliante. Tulerūt ergo spolia multa: et pcusserunt ciuitates omnes per circuitū gerare: gr̄ndis q̄ppe cunctos terror īuaserat: ⁊ diripuerūt vrbes. ⁊ multaz p̄daz asportauerūt: sed et caulas ouiū destruētes tulerūt pecoꝝ infinitā multitudinē ⁊ camelorꝝ: reuersiqz sunt ī hierusalem. Ca. XV.

Azarias aūt fili⁹ obed facto ī se spū dei. egressus ē in occursū asa: ⁊ dixit ei. Audite me asa: et oīs iuda et bēiamin. Dn̄s vobiscū: qz fuistis cū eo. Si q̄sieritis eū: inueīetis. Si aūt derelinq̄ritis: derelinq̄t vos. Trāsibunt aūt multi dies in isrl' absqz deo vero. ⁊ absqz sacerdote. absqz doctore q̄z et absqz lege. Cūqz reuersi fuerīt in angustia sua ad dn̄m deū israel ⁊ q̄sierīt eum: repperient eū. In tpe illo nō erit pax egredienti ⁊ ingredienti: sed t̄rores vndiqz in cunctis habitatoribꝫ t̄raꝝ. Pugnabit em̄ gens cont̄ gentē: ⁊ ciuitas ꝯtra ciuitatē: qz dn̄s cont̄babit eos in omni angustia. Vos g̊ confortamini. et n̄ dissoluant̄ man⁹ vr̄e: erit em̄ merces opi vr̄o. Qd̄ cū audisset asa v̄ba scz ⁊ ꝓphetiam azarie filij obeth ꝓphete cōfortat⁹ est: et abstulit ydola de omni t̄ra iuda ⁊ de bēiamin. ⁊ ex vrbibꝫ q̄s cepat mōtis ephraī: et dedicauit altare dn̄i. qd̄ erat an̄ porticū dom⁹ dn̄i: ꝯgregauitqz vniuersū iudaz et beniamin: ⁊ aduenas cū eis de ephraim ⁊ manasse ⁊ de sÿmeon (Plures eī ad eū confugerāt ex israel: videntes qd̄ dn̄s de⁹ illi⁹ esset cū eo) Cūqz venissent in ihrl'm mense t̄cio: anno decimoq̄nto regni asa: īmolauerūt dn̄o ī die illa ⁊ de manubijs et p̄da quā adduxerant. boues septingentos. ⁊ arietes septē milia: ⁊ int̄uit ex more ad corroborandū fedus: vt q̄rerent dn̄m deū p̄m suoꝝ in toto corde ⁊ in tota aīa sua. Si q̄s aūt inq̄t non q̄sierit dn̄m deū isrl': moriat̄ a minimo vsqz ad maxīm a viro vsqz ad mulierē. Jurauerūtqz dn̄o voce magna in iubilo. ⁊ in clangore tube ⁊ in sonitu bucinaꝝ: omnes q̄ erant iuda cū exec̄tione. In omī em̄ corde suo iurauerūt ⁊ in tota volūtate q̄sierūt eū: et inuenerūt. Prestititqz eis dn̄s req̄em p circuitū. Sed ⁊ maacha mr̄em asa regis ex augusto deposuit impio: eoq̄ fecisset in luco simulacꝝ p̄api qd̄ omne ꝯtriuit ⁊ in frusta ꝯminuens cōbussit in torrente cedron. Excelsa aūt derelicta sunt in israel. Attn̄ cor asa erat pfectū cūctis diebꝫ eius. Ea q̄ vouerat pater suus et ipse intulit in domū dn̄i: argentū et auꝝ vasoꝝqz diuersam suppellectilem. Bellum vero n̄ fuit vsqz ad tricesimū annū regni asa. Ca. XVI.

Anno aūt tricesimosexto regni eius. ascendit baasa rex israel in iudam et muro circūdabat rama: vt nullus tute possit egredi et ingredi de regno asa. Protulit aūt asa argentū et auꝝ de thesauris dom⁹ dn̄i et de thesauris regijs: misitqz ad benadab regem sirie q̄ habitabat ī damasco dicens. Fedus int̄ me ⁊ te est. Pr̄ q̄z meus ⁊ pater tuus habuere concordiā: q̄obrem misi tibi argentū ⁊ auꝝ: vt rupto federe qd̄ habes cū baasa rege israel facias eum a me recedere. Quo compto benadab misit p̄ncipes exercituū suoꝝ ad vrbes israel: q̄ pcusserunt ahion ⁊ dan et abelmaim ⁊ vniuersas vrbes muratas. Qd̄ cū audisset baasa desinit edificare rama: et intermisit opus suū. Porro asa rex assumpsit vniuersum iudaz et tulerūt lapides de rama ⁊ ligna q̄ edificatōi prepauerat baasa: edificauitqz ex eis gabaa et maspha. In tēpe illo venit anani ꝓpheta ad asam regē iuda: ⁊ dixit ei. Quia habuisti fidutiam in rege sirie ⁊ non ī dn̄o deo tuo. idcirco euasit sirie regis exercit⁹ de manu tua. Nōne ethiopes ⁊ libies multoplures erant q̄drigis et eq̄tibꝫ ⁊ multitudine nimia: q̄s cū in dn̄o credidisses: tradidit in manu tua? Oculi em̄ dn̄i ꝯtemplant̄ vniuersam t̄ram: ⁊ p̄bent fortitudinem hijs q̄ corde pfecto credūt in eū. Stulte igit̄ egisti: et ꝓpt̄ hoc etiam pn̄ti tpe aduersū te bella consurgent. Iratusqz asa aduersus videntē iussit eū mitti in neruum. Valde q̄ppe sup hoc fuerat dn̄s indignatus ⁊ int̄fecit de ꝓpl'o ī tpe illo plurimos. Opa aūt asa p̄ma et nouissima scripta sunt in libro regū. iuda ⁊ israel. Egrotauit etiaz asa āno tricesimonono regni sui dolore pedū vehementissimo: et nec in infirmitate sua q̄siuit dn̄m: sed magis in medicoꝝ arte cōfisus est. Dormiuitqz cū patribꝫ suis ⁊ mortu⁹ est anno quadragesimop̄mo regni sui et sepelierūt eum in sepulcro suo qd̄ foderat sibi in ciuitate dauid. Posueruntqz eū sup lectulum suum plenū aromatibꝫ et vngentis meretricijs q̄ erant pigmētarioꝝ arte confecta: et combusserunt super eum ambitōne nimia. Ca. XVII.

Regnauit aũ iosaphat filius eius p eo:et inualuit contra israel. Constituitq; militum numeros in cunctis vrbib iuda q̃ erant vallatæ muris:præsidiaq; disposuit in terra iuda ⁊ in ciuitatibus ephraim q̃s ceperat asa pater eius. Et fuit dñs cũ iosaphat:q; ambulauit in vijs dꝫ patris sui p̃mis.⁊ non sperauit in baalim sed in deo patris sui:et prexit in preceptis illi⁹ et non iuxta pcta israel. Confirmauitq; dñs regnũ in manu eius.et dedit omnis iuda munera iosaphat:factæq; sunt ei infinitæ diuicie et multa gloria. Cunq; sumpsisset cor ei⁹ audaciaz.ꝑter vias dñi: etiam excelsa⁊ lucos de iuda abstulit. Tercio aũ anno regni sui misit de p̃cipibꝫ suis benail et obdiam et zachariam⁊ nathanael et micheam.vt docerent in ciuitatibꝫ iuda:et cũ eis leuitas semeiam ⁊ nathaniam ⁊ zabadiam.azahel q̃z et semiramoth ⁊ ionathan adoniamq; et thobiam et thobadomam leuitas:et cũ eis elisama et ioram sacerdotes.Docebãtq; ꝓl'm in iuda.hñtes libꝫ legis dñi:⁊ circuibant cunctas vrbes iuda: atz erudiebant ꝓl'm. Itaq; fact⁹ est pauor dñi sup omia regna terraꝝ. q̃ erant p gir iuda:nec audebant bellare cont̃ iosaphat. Sed et philistei: iosaphat munera deferebant.et vectigal argenti. Arabes q̃z adducebant pecora arietũ.septem milia septingentos.et hircos totidem. Creuit ergo iosaphat⁊ magnificat⁹ est vsq; in sublime: atz edificauit in iuda domos instar turrium vrbesq; muratas:⁊ multa opa parauit in vrbib iuda. Viri q̃z bellatores et robusti erant in ihr'lm:quoꝝ iste numer⁹ p domos atz familias singuloꝝ. In iuda p̃nceps exercitus ednas duꝫ:et cũ eo robustissimi viri trecenta milia. Pt⁹ hunc iohannan p̃nceps:⁊ cũ eo ducentaoctoginta milia. Pt⁹ illum q̃z amasias fili⁹ zechri consec̃t⁹ dño: et cũ eo ducenta milia viroꝝ fortiũ. Hunc seq̃batr̃ robust⁹ ad prelia eliada:et cũ eo tenentiũ arcũ et clipeũ ducenta milia. Post istũ etiaz iosaphat:⁊ cũ eo centũoctoginta milia expeditoꝝ militũ.Hij omẽs erant ad manũ regis: exceptis alijs q̃s posuerat in vrbibꝫ muratis.et in vniuersa iuda.

Elit ergo iosaphat. ¶ Ca.XVIII. diues et inclitus militũ: et affinitate coniunctus est achab: descendítq; post annos ad eum in samariam. Ad cuius aduentum mactauit achab arietes et boues plurimos ipsi et ꝓl'o qui venerat cum eo.persuasitq; illi vt ascenderet in ramoth galaad. Dixitq; achab rex israel ad iosaphat regem iuda. Veni mecum in ramoth galaad.Cui ille rñdit. Et ego et tu: sicut populus tu⁹ sic et populus meus: tecumq; erimus in bello. Dixit iosaphat ad regem israel.Consule obsecro inpresentia rum p̃monem dñi.Congregauit igitur rex israel ꝓphetaꝝ quadringẽtos viros:⁊ dixit ad eos. In ramoth galaad ad bellandum ire debem⁹ an quiescere? At illi ascende inquiũt:et tradet de⁹ in manu regis. Dixitq; iosaphat. Nunq̃d non est hic ꝓphetes dñi: vt ab illo etiam req̃ram⁹? Et ait rex israel ad iosaphat. Est vir vnus a quo possum⁹ q̃rere dñi voluntatem: sed ego odi eũ quia nõ ꝓphetat mihi bonũ:sed malũ omni tpe. Est aũ micheas fili⁹ iemla.dixitq; iosaphat Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex israel vnũ de eunuchis:⁊ dixit ei. Voca cito micheam filiũ iemla. Porro rex israel et iosaphat rex iuda.vterq; sedebant in solio suo:vestiti cultu regio. Sedebant aũt in area iuxta portam samarie: omnesq; p̃phete vaticinabant̃ coram eis. Sedechias vero fili⁹ chanane fecit sibi cornua ferrea: et ait. Hec dicit dñs. Hijs ventilabis siriam: donec conteras eam. Omnesq; ꝓphete similiter ꝓphetabant:atz dicebant. Ascende in ramoth galaad et ꝓsperaberis:et tradet eos dñs in manu regis. Nunci⁹ aũ qui ierat ad vocandũ micheam ait illi.En verba omniũ ꝓphetaꝝ vno ore bona regi annũciant.Queso ergo te vt et p̃mo tuus ab eis nõ dissentiat:loquarisq; prospera.Cui rñdit micheas.Viuit dñs: q̃ quodcũq; dixerit mihi de⁹ meus hoc loq̃r. Venit ergo ad regem.Cui rex ait. Micheа:ire debem⁹ in ramoth galaad ad bellandũ an q̃escere: Cui ille rñdit. Ascendite:cuncta em̃ ꝓspera euenient:⁊ tradent̃ hostes ĩ man⁹ vrãs. Dixitq; rex. Iterum. atz itex te adiuro:vt mihi non loq̃ris nisi q̃ verꝫ est in nomine dñi. At ille ait. Vidi vniuersũ israel dispsum in mõtibꝫ:sicut oues absq; pastore.Et dixit dñs.nõ hñt isti dños:reuertat̃ vnusq̃sq; in domũ suaz ĩ pace.Et ait rex isr'l ad iosaphat. Nõne dixi tibi q̃ ñ ꝓphetaret iste

mihi quicq̄ boni: sed ea que mala sunt? At ille idcirco ait. Audite verbum dñi. Vidi dñm sedentem in solio suo: et omnē exercitum celi assistentē ei a dextris ⁊ a sinistris. Et dixit dñs. Quis decipiet achab regem israel: vt ascendat ⁊ corruat in ramoth galaad? Cunq̄ diceret vnus hoc modo et alt̄ alio: processit spūs et stetit coram dño ⁊ ait. Ego decipiam eū. Cui dñs. In quo inq̄t decipies? At ille rñdit. egrediar: ⁊ ero spūs mendax in ore oīm ꝓphetaꝝ eius. Dixitq̄ dñs. Decipies et p̄ualebis: egredere et facita. Nunc igit̄ ecce dñs dedit spm̄ mendacij in ore omniū ꝓphetaꝝ tuoꝝ: et dñs locut⁹ ē de te mala. Accessit at̄ sedechias fili⁹ chanane: et percussit michee maxillam. et ait. Per quaz viam transiuit spūs dñi a me vt loq̄ret̄ tibi? Dixitq̄ micheas. Tuipse videbis in die illo: qñ ingressus fueris cubiculum de cubiculo. vt abscondaris. Precepit at̄ rex israel dicens. Tollite micheam ⁊ ducite eum ad āmon principem ciuitatis et ad ioas filiū amalech: et dicetis. Hec dicit rex. Mittite hunc in carcerē: et date ei panis modicū. et aque pauxillū: donec reuertar in pace. Dixitq̄ micheas. Si reuersus fueris in pace: ñ est dñs locutus in me. Et ait. Audite omnes ꝓpl'i. Igit̄ ascendert̄ rex isrl' ⁊ iosaphat rex iuda ī ramoth galaad: dixitq̄ rex israel ad iosaphat. Mutabo habitū. et sic ad pugnam vadaz: tu at̄ induere vestibꝫ tuis. Mutatoq̄ rex israel habitu venit ad bellū. Rex at̄ sirie precepat ducibus eq̄tatus sui dicens. Ne pugnetis cont̄ minimū. aut cont̄ maxīm nisi ꝯtra solū regem israel. Itaq̄ cū audissent principes eq̄tatus iosaphat: dixert̄. Rex israel ē iste: et circūdederunt eū dimicātes. At ille clamauit ad dñm. ⁊ auxiliatus est ei: atz auertit eos ab illo. Cū em̄ vidissent duces eq̄tatus q̄ nō esset rex israel: reliq̄runt eū. Accidit at̄ vt vnus e ꝓpl'o sagittam in incertū iaceret: et ꝑcuteret regē israel int̄ ceruicē ⁊ scapulas. At ille aurige suo ait. Conuerte manū tuam. et educ me de acie: qꝛ vulneratus sum. Et finita ē pugna in die illo. Porro rex isrl' stabat in curru suo ꝯtra siros vsq̄ ad vesp̄am: et mortu⁹ ē occidente sole.

Reuersus est autem. ¶ Ca. XIX iosaphat rex iuda in domum suam pacifice ī ihrl'm. Cui occurrit iehu filius anani videns: et ait ad eum. Impio prebens auxilium: et hijs q̄ oderunt dñm amicicia iungeris: et idcirco irā q̄dem dñi merebaris: sed bona op̄a inuenta sunt in te: eoq̄ abstuleris lucos de terra iuda. preparaueris cor tuum vt req̄reres dñm deū p̄r̄m tuoꝝ. Habitauit g̊ iosaphat in ihrl'm. Rursumq̄ egressus est ad ꝓpl'm de bersabee vsq̄ ad montem ephraim: et reuocauit eos ad dñm deum patꝝ suoꝝ: constituitq̄ iudices t̄re in cunctis ciuitatibꝫ iuda munitis ꝑ singula loca: et precipiens iudicibꝫ videte ait q̄d faciatis. Non em̄ hominis exercetis iudiciū sed dñi: et quodcūq̄ iudicaueritis in vos redundabit. Sit timor dñi vobiscū: ⁊ cū diligentia cuncta facite. Non est em̄ apud dñm deum nr̄m iniquitas nec personaꝝ acceptō: nec cupido numeꝝ. In ihrl'm q̄ꝫ constituit iosaphat leuitas et sacerdotes et p̄ncipes familiaꝝ ex isrl' vt iudiciū et causam dñi iudicarent hītatoribꝫ ei⁹: p̄cepitq̄ eis dicēs. Sic agetis in tīore dñi fidelit̄ et corde ꝑfecto. Omnē causam q̄ venerit ad vos fr̄m vr̄oꝝ q̄ habitant in vrbibꝫ suis inter cognatōem ⁊ cog̃tionē vbicunq̄ q̄stio est de lege. de mandato. de ceremonijs. de iustificatōnibꝫ oñdite eis vt nō peccent in dñm: et ne veniat ira sup̄ vos et sup̄ patres vr̄os. Sic ergo agentes ñ peccabitis. Amarias at̄ sacerdos et pontifex vester in hijs q̄ ad deum ꝑtinent p̄sidebit. Porro zabadias fili⁹ ismahel q̄ est dux in domo iuda: sup̄ ea op̄a erit q̄ ad regis offitiū ꝑtinent. Habetisq̄ magistros leuitas coraz vobis: confortamī et agite diligent̄: ⁊ erit dñs vobiscū in bonis. ¶ Ca. XX

Post hec congregati sunt filij moab et filij āmon et cū eis de āmonitis ad iosaphat: vt pug̃rent cont̄ eū. Veneruntq̄ nuncij: et indicauert̄ iosaphat dicentes. Venit cōtra te multitudo magna de hijs locis que trans mare sunt et de siria: ⁊ ecce consistunt in asasonthamar que est engaddi. Iosaphat autem timore pert̄ritus: totū se cōtulit ad rogandum dñm. et p̄dicauit ieiuniū vniuerso iuda. Cōgregatusq̄ est iuda ad dep̄candum dñm: sed et omnes de vrbibꝫ suis venerunt ad obsecrādum eū. Cunq̄ stetisset iosaphat in medio cetu iude ⁊ hierusalē in domo dñi añ atriū

nouũ ait. Dñe de⁹ patꝝ nr̃oꝝ tu es de⁹ in celo et dñaris cũctis regnis gentiũ. Jn manu tua ẽ fortitudo et potẽtia: nec tibi qsqꝫ pt̃ resistere. Nõne tu de⁹ nr̃ interfecisti oñes hĩtatores terre hui⁹ coraꝫ ꝑplo tuo israel: et dedisti eaꝫ semĩ abraam amici tui ĩ sempit̃ nũ: Habitauerũtqꝫ ĩ ea: et extruxerũt in illa sc̃uariũ nomini tuo dicẽtes. Si irruerint sup nos mala. gladi⁹ iudicij. pestilẽtia⁊ fames: stabim⁹ corã domo hac ĩ ꝓspectu tuo. in q̃ inuocatũ est nomẽ tuũ. et clamabim⁹ ad te in tribulatõnib⁹ nr̃is: et exaudies saluosqꝫ facies. Nũc igit̃ ecce filij ãmon⁊ moab⁊ mõs seir ꝑ qs non ꝑcessisti isrl̃ vt ẽnt irẽt qñ egrediebant̃ de egipto. sed declinauerũt ab eis et ñ interfecerũt illos: econtrario agunt. ⁊ enitunt̃ eicere nos de possessione quaꝫ t̃didisti nobis de⁹ nr̃. Ergo ñ iudicabis eos? Jn nobis qdeꝫ ñ est tãta fortitudo vt possim⁹ huic multitudĩ resistere. q̃ irruit sup nos: sꝫ cũ ignorem⁹ qd agere debeam⁹ hoc solũ habem⁹ residui vt oc̃los nr̃os dirigã⁹ ad te Otis vo iuda stabat corã dño cũ puul⁊ vxoribꝫ⁊ libris suis. Erat aũt iaziel filj zacharie filij banaie filij iehihel filij mathanie leuites de filijs asaph: sup quẽ fact⁹ ẽ spũs dñi ĩ medio ẽbe⁊ ait. Attẽdite otis iuda.⁊ q̃ habitatis ĩ ihr̃l̃m: et tu rex iosaphat. Hec dicit dñs vobis. Nolite timere: nec paueatis hanc multitudinẽ. Non ẽ eĩ vrã pugna: sed dei. Cras ascẽdetis cont̃ eos. Ascẽsuri eĩ sũt ꝑ cliuũ noĩe seÿs: ⁊ inuenietis illos ĩ sũmitate torrẽtis q̃ est cõt̃ solitudinẽ iheruhel. Nõ eĩ eritis vos q̃ dimicabitis: sꝫ tm̃modo ꝓfident̃ state: ⁊ videbitis auxiliũ dñi sup vos. O iuda et ihr̃l̃m nolite timere nec paueatis: ẽs egrediemĩ cont̃ eos: et dñs erit vobiscũ. Josaphat g̃ et iuda et oẽs hĩtatores ihr̃l̃m ceciderũt ꝓni in t̃ram corã dño: et adorauerũt eũ. Porro leuite de filijs caath⁊ de filijs chore laudabant dñm deũ isrl̃ voce magna ĩ excelsum. Cũqꝫ mane surrexissent: egressi sũt ꝑ deſtũ thecue: ꝓfectisqꝫ eis stãs iosaphat ĩ medio eoꝝ dixit. Audite me viri iuda:⁊ oẽs hĩtatores ihr̃l̃m. Credite in dño deo vr̃o: ⁊ securi eritis: credite ꝓphetis ei⁹: et cũcta euenient ꝓspera. Deditqꝫ consiliũ ꝑplo: ⁊ statuit cantores dñi vt laudarẽt eũ in t̃mis suis. et añcederẽt exercitũ: ac voce cõsona dicerẽt. Confitemĩ dño: qm̃ ineternũ miscordia eius. Cunqꝫ cepissent laudes canere: vertit dñs insidias eoꝝ in semetipsos filioꝝ scz ãmon et moab. et mõtis seir. q̃ egressi fuerãt vt pugnrent cont̃ iudaz: et ꝓcussi sunt. Nãqꝫ filij ãmon⁊ moab cõsurrexerũt aduersũ hĩtatores mõtis seir: vt interficerẽt⁊ delerent eos. Cũqꝫ hoc ope ꝑfecissent: etiam in semetipsos versi mutuisqꝫ ꝓcidere vulneribus. Porro iudas cũ venisset ad speluũcam q̃ respicit solitudinẽ vidit ꝓcul oẽm latã regionẽ plenam cadaueribꝫ: nec supesse quẽqꝫ qui necẽ potuisset euadere. Venit g̃ iosaphat⁊ omnis ꝑplus cũ eo ad detrahẽda spolia mortuoꝝ: inuenerũtqꝫ int̃ cadauera variam supellectilẽ. vestes q̃ꝫ et vasa ꝓciosissima. et diripuerũt: ita vt oĩa portare ñ possent. nec ꝑ tres dies spolia auferre. pre ꝑdę magnitudine. Die aũt q̃rto congregati sũt in valle bñdictõnis. Etenĩ qm̃ ibi benedixerunt dño: vocauerunt locum illum vallis bñdictõnis vsqꝫ in pñtem diẽ. Reuersusqꝫ est omnis vir iuda et habitatores ihr̃l̃m. ⁊ iosaphat ante eos in ihr̃l̃m cũ letitia magna: eoqꝫ dedisset eis dñs gaudiũ de inimicis suis. Jngressiqꝫ sunt in ihr̃l̃m cũ psalteriis et citharis⁊ tubis in domũ dñi. Jrruit aũt pauor dñi sup vniuersa regna t̃raꝝ: cũ audissent q̃ pugnasset dñs cont̃ inimicos israel: q̃euitqꝫ regnũ iosaphat: ⁊ ꝑbuit ei pacem dñs ꝑ circuitũ. Regnauit igitur iosaphat sup iudam: et erat trigintaq̃nqꝫ annoꝝ cũ regnare cepisset. Viginti autẽ⁊ q̃nqꝫ annis regũit in hierusalẽ: et nomen matris ei⁹ azuba filia selachi: ⁊ ambulauit in via patris sui asa nec declinauit ab ea: faciens q̃ placita erant coram dño. Verũtñ excelsa non abstulit: et adhuc ꝑplus non direxerat corꝝ suum ad dñm deum ꝑm suoꝝ. Reliqua aũt gestoꝝ iosaphat ꝓꝝ et nouissimoꝝ scripta sunt in verbis iehu filij anani: q̃ digessit in libro regũ israel. Post hec iniit amicicias iosaphat rex iuda cũ ochozia rege israel cui⁹ opa fuerunt impissima et ꝑticeps fuit vt faceret naues q̃ irent in tharsis: feceruntqꝫ classem in asiongaber. Prophetauit aũt eliezer fili⁹ dodau de maresa ad iosaphat dicens. Quia habuisti fedus cũ ochozia. ꝓcussit dñs opera tua: cõtritęqꝫ sunt naues: nec potuerunt ire in tharsis.

Ca.XXI.

Dormiuit aũ iosaphat cũ patribꝫ suis: ⁊ sepult⁹ est cũ eis ī ciuitate dꝰ: regnauitqꝫ ioraz filiꝰ ei⁹ ꝓ eo. Qui habuit frēs filios iosaphat: azariaz ⁊ iahihel et zachariaz ⁊ azariaz ⁊ michahel ⁊ saphatiam. Omnes hij filij iosaphat regis iuda. Deditqꝫ eis pr̄ suus multa munera ⁊ auri argēti. ⁊ pensatões cũ ciuitatibꝫ munitissimis in iuda: regnū aũ tradidit ioram eoꝝ esset pr̄iogenit⁹. Surrexit aũ ioraz supꝫ regnum pr̄is sui. Cũqꝫ se ꝛfirmasset: occidit oēs frēs suos gladio. et q̄sdam de pr̄icipibꝫ iuda. Trigintaduoꝝ annoꝝ erat ioram cũ regꝝre cepisset: ⁊ octo ānis regnauit in ihr̄lm ambulauitqꝫ ī viis regū israel sicut egerat dom⁹ achab: filia q̄ꝑ achab erat uxor ei⁹. Et fecit malū in ꝛspectu dñi. Noluit aũ dñs dispdere domū dauid ꝓpt̄ pactū qꝫ inierat cũ eo: etqꝫ pmiserat ut daret ei lucernam ⁊ filijs ei⁹ in omni tpe. In diebꝫ illis rebellauit edon ne eēt subdit⁹ iudę: ⁊ cōstituit sibi regē. Cũqꝫ trānsiret ioraz cũ pr̄icipibꝫ suis. ⁊ cūcto eq̄tatu q̄ erat secū: surrexit nocte. et pcussit edoz q̄ se circūdederat: et oēs duces eq̄tat⁹ ei⁹. Attn̄ rebellauit edoz ne eēt subditõe iuda: usqꝫ ad hanc diē. Eo tpe ⁊ lobna recessit: ne eēt sub manu illi⁹. Dereliq̄rat em̄ dñm deū pr̄m suoꝝ: insupꝫ ⁊ excelsa fabricat⁹ est in urbibꝫ iuda: ⁊ fornicari fecit hītatores ihr̄lm. ⁊ ꝓuaricari iudaz. Allate sunt aũ ei lr̄e ab helia ꝓpha: ī q̄bꝫ scriptū erat. Hec dicit dñs de⁹ dauid pr̄is tui. Cm̄ n̄ ambulasti ī viis iosaphat pr̄is tui. ⁊ in viis asa regis iuda: sed īcessisti p iť regū israel. et fornicari fecisti iudaz ⁊ hītatores ihr̄lm. imitat⁹ fornicatões dom⁹ achab: insupꝫ et frēs tuos domū pr̄is tui meliores te occidisti: ecce dñs pcuciet te plaga magna cũ ꝓl̄o tuo. ⁊ uxoribꝫ ⁊ filijs tuis: uniuersaqꝫ substantia tua. Tu aũ egrotabꝫ pessimo lāguore uteri: donec egrediant̄ uitalia tua paulatī p singulos dies. Suscitauit g̃ dñs cont̄ ioraz spm̄ philistinoꝝ ⁊ arabū. q̄ ꝛfines sunt ethiopibꝫ: ⁊ ascēderūt in trāz iuda ⁊ uastauerūt eā. Diripuerūtqꝫ cunctā substātiam q̄ inuēta est ī domo regis: insupꝫ ⁊ filios ei⁹ ⁊ uxores. nec remānsit ei filiꝰ nisi ioachan: q̄ mīm⁹ natu erat. Et supꝫ hec oīa pcussit eū dñs alui lāguore insanabili. Cũqꝫ diei succederet dies. et tpm spacia uoluerētur. duoꝝ annoꝝ explet⁹ est circulus: ⁊ sic longa consūpt⁹ est tabe. ita ut egereret etiā uiscera sua: languore pitēr et uita caruit. Mortuusqꝫ ē in īfirmitate pessima: et n̄ fecit ei pꝓlus ꝟm morē ꝓbustionis exeq̄as: sicut fecerat maioribꝫ ei⁹. Trigintaduoꝝ annoꝝ fuit cũ regꝝre cepisset: ⁊ octo annis regnauit ī ihr̄lm. Ambulauitqꝫ n̄ rectē: ⁊ sepelierūt eum ī ciuitate dauid: uerūtn̄ nō in sepulcro regum. Ca. XXII

Constituerūt aũ habitatores ihr̄lm ochoziaz filiū ei⁹ mīmū regē ꝓ eo. Omēs em̄ maiores natu q̄ ante eū fuerant interfecerāt latrones arabū q̄ irruerāt in castra. Regnauitqꝫ ochozias filiꝰ ioraz regis iuda: q̄dragintaduoꝝ annoꝝ erat ochozias cum regnare cepisset: ⁊ uno anno regnauit in hierusalem: et nomen mr̄is eius athalia filia amri. Sed et ipse īgressus est per uias domus achab. Mater enim eius impulit eū. ut impie ageret. Fecit īgr̄ malū in ꝛspectu dñi sicut dom⁹ achab. ipi em̄ fuerūt ei ꝛsiliarij p⁹ morē pr̄is sui in īteritū ei⁹: ābulauitqꝫ ī consilijs eoꝝ. Et pr̄exit cũ ioraz filio achab rege isr̄l in bellū cont̄ azahel regē syrie ī ramoth galaad: uulneraueruntqꝫ syri ioram. Qui regressus ē ut curaret̄ ī iesrahel. Mltas em̄ plagas accepat ī supdicto certamīe. Igr̄ ochozias filiꝰ ioraz rex iuda descendit ut uiseret ioraz filiū achab in iesrahel egrotantē. Uolūtatis q̄ꝑ fuit dei aduersus ochoziaz. ut ueniret ad ioram. Et cũ uenisset ⁊ egrederet̄ cũ eo aduersũ iehu filiū n ām̄si. quē unxit dñs ut deleret domū achab: cũ g̃ euerteret iehu domū achab iueīt pr̄cipes iuda ⁊ filios frm̄ ochozie q̄ mīstrabāt ei. ⁊ interfecit illos. Ipsū q̄qꝫ p q̄ rēs ochozia ꝓhebēdit latitantē ī samaria adductūqꝫ ad se occidit: ⁊ sepelierūt eū eoq⁹ eēt filiꝰ iosaphat q̄ q̄sierat dñm ī toto corde suo. Nec erat ulť spes aliq̄: ut de stirpe q̄s regꝝret ochozie. Siq̄dem mr̄ ei⁹ athalia uidens q̄ mortu⁹ eēt filiꝰ su⁹: surrexit ⁊ interfecit oēm stirpē regiā dom⁹ ioraz. Porro iosabeth filia regis tulit ioas filium ochozie. ⁊ furata est eū de medio filioꝝ regis cũ interficeret̄: absconditqꝫ eum cũ nutrice sua in cubiculo lectulorꝝ iosabeth aũ q̄ absconderat eū. erat filia regis ioram. uxor ioiade pontificis sor̄ ochozie et idcirco athalia non interfecit eum. Fuit ergo cũ eis ī domo dei absconditꝰ sex annis: q̄bus regnauit

athalia sup terram. Ca.XXIII

Anno aũ septimo confortat⁹ ioiada assumpsit cẽturiones. azariaz vide licet filiũ hieroboaz ⁊ ysmahel filium iohãnan. azariaz q̃ filiũ obed: et maasiam filiũ adaie. ⁊ elisaphat filiũ zechri: et iniit cũ eis ꝓsiliũ et fedus. Qui circumeũtes iudaz cõgregauerũt leuitas de cũctis vrbib⁹ iuda. ⁊ ꝑncipes familiarũ isrl̃: venerũtq; in ihrl̃m. Iniit ĝ oĩs mlt̃itudo pactũ in domo dei cũ rege. Dixitq; ad eos ioiada. Ecce fili⁹ regis regẽbit sic̃ locut⁹ ẽ dñs sup filios dd̃. Iste ẽ ꝛmo quẽ facietis. Tercia ps vr̃m q̃ veniũt ad sabbatũ sacerdotũ ⁊ leuitarũ ⁊ ianitorũ erit ĩ portis: ter̃cia vo ps ad domũ regis: ⁊ ter̃cia ad portaz q̃ appellat̃ fũdamẽti. Oĩe vo reliquũ vulg⁹ sit ĩ atrijs domꝰ dñi: nec q̃spiam aliꝰ ingrediat̃ domũ dñi nisi sacerdotes ⁊ q̃ mĩstrãt de leuitis. Ipsi tm̃modo ingredianr̃q; sc̃tificati sũt: ⁊ oĩe reliquũ vulg⁹ obs̃uet custodias dñi. Leuite aũ circũdẽt regẽ hñtes singli arma sua: etsi q̃s aliꝰ ingressus fuerit tẽplũ int̃ficiat̃: sintq; cũ rege. et int̃ntes ⁊ egredientes. Fecerunt ĝ leuite et vniuersus iuda iuxta oĩa q̃ precepat ioiada põtifex. Et assumserunt singli viros q̃ sub se erãt: ⁊ veniebãt p iordanẽ sabbati cũ hijs q̃ ĩpleuerãt sabbatũ: ⁊ egressi erant. Dimiq̃dem ioiada põtifex ñ dimiserat abire ter̃mas: q̃ sibi p singulas ebdomadas succedere ꝓsueuerãt. Dedit⁹q; ioiada sacerdos cẽturionib⁹ lãceas clipeosq; ⁊ peltas regis dauid: q̃s cõsec̃uerat ĩ domo dñi. Constituitq; oẽm pl̃m tenẽtiũ pugiones a pte tẽpli dext̃. vsq; ad pte templi sinistrã. corã altari ⁊ tẽplo p circuitũ regis: et eduxerũt filiũ regis ⁊ imposuerũt ei diadema dederũtq; in manu eiꝰ tenẽdaz legẽ et ꝓstituerũt eũ regẽ. Unxitq; illũ ioiada põtifex. et filij eiꝰ: ĩpcati q̃ sũt ei atz dixerũt. Viuat rex. Cd̃ cũ audisset athalia vocẽ sc̃z currẽtiũ. atz laudantiũ regẽ: ingressa ẽ ad pl̃m in tẽplum dñi. Cũq; vidisset regẽ stantem sup ĝdum in introitu ⁊ ꝑncipes turmasq; circa eũ: oẽmq; pl̃m ter̃e gaudentẽ atz clãgentẽ tubis. et diuersi generis organis cõcinentẽ. vocẽq; laudantiũ. scidit vestimẽta sua ⁊ ait. Insidie. insidie. Egressus aũ ioiada põtifex ad cẽturiones ⁊ ꝑncipes exercitꝰ dixit eis. Educite illaz extr̃ sepra tẽpli: et int̃ficiat̃ foris gladio Precepitq; sacerdos ne occideret̃ in domo dñi. Et imposuerũt ceruicib⁹ eiꝰ manꝰ. Cũq; int̃sset portã eq̃ domꝰ regis: int̃fecerũt eam ibi. Pepigit aũt ioiada fedꝰ int̃ se vniuersũq; pl̃m ⁊ regẽ: vt eẽt pl̃us dñi. Itaq; ĩgressus ẽ oĩs pl̃us domũ baal. et destruxerũt eam: et altaria et simulac̃ illiꝰ cõfregerũt: mathaz q̃ sacerdotẽ baal int̃fecerũt añ aras. Cõstituit aũ ioiada ꝓpositꝰ ĩ domo dñi vt sub mãib⁹ sacerdotũ et leuitarũ q̃s distribuit dauid in domo dñi: offerrent olocausta dño sicut sc̃ptum est ĩ lege moysi. ĩ gaudio ⁊ cãticis. iuxta dispositiõem dd̃. Constituit q̃ ianitores ĩ portis domꝰ dñi: vt ñ ingrederet̃ eam ĩmũdus in omni re. assũpsitq; cẽturiones ⁊ fortissimos viros. ac ꝑncipes pl̃i ⁊ omne vulgus ter̃e: et fecerũt descẽdere regẽ de domo dñi. ⁊ introire p mediũ portæ superioris ĩ domo regis: et collocauerũt eũ in solio regali. Leta tusq; ẽ omnis pl̃us ter̃e: ⁊ vrbs q̃euit. Porro athalia int̃fecta ẽ gladio. Ca.XXIIII.

Septẽz ãnoꝝ erat ioas cũ regẽre cepisset: ⁊ q̃draginta ãnis regnauit in hierusalẽ. Nomẽ mr̃is eiꝰ sebia de bersabee. Fecitq; qd̃ bonũ erat corã dño cũctis diebꝰ ioiade sacerdotis. Accepit aũ ⁊ ioas vxores duas: e q̃bꝰ genuit filios ⁊ filias. Post q̃ placuit ioas vt ĩstauraret domũ dñi: ꝯgregauitq; sacerdotes ⁊ leuitas ⁊ dixit eis. Egredimĩ ad ciuitates iuda: ⁊ colligite ex vniuerso isrl̃ pecuniã ad sartatecta tẽpli dei nr̃i p singlos ãnos: festinatoq; hoc facite. Porro leuite egere negligẽtiꝰ. vocauitq; rex ioiadã ꝑncipẽ ⁊ dixit ei. Quare tibi ñ fuit cure vt cogeres leuitas ĩferre de iuda ⁊ de ihrl̃m pecuniaz q̃ ꝓstituta ẽ a moysẽ seruo dñi: vt ĩferret eaz oĩs multitudo isrl̃ in tabernaculũ testimonij: Athalia eĩ impijssima ⁊ filij eiꝰ. destruxerũt domũ dei: et de vniuers̃ q̃ sc̃tificata fuerãt ĩ tẽplo dñi ornauerũt phanũ baalĩ. Precepit ĝ rex ⁊ fecerũt archã: posuerũtq; eã iuxta portaz dñi forinsecꝰ. Et ꝓdicatũ est in iuda ⁊ hierusalẽ: vt deferrẽt singuli ꝓciũ dño qd̃ ꝓstituit moysẽs seruus dei sup oĩez isrl̃ in deserto. Letatiq; sunt cũcti pr̃icipes ⁊ oĩs pl̃us: ⁊ ingressi ꝓtulerũt in archam dñi atq; miserũt: ita vt impleretur. Cũq; tp̃us esset vt deferrẽt archã corã rege p manus leuitarũ: videbant em̃ multaz pecuniaz: ingrediebat̃ scriba regis et quẽ

Filij emerus: ducenti q̃nquaginta duo. Filij asurij: trecenti q̃nq̃ginta septẽ. Filij caree: ducenti uiginti septẽ. Leuite. Filij ihesu: in cadmihel et bamis et serebias et edias: septuaginta quatuor. Omnis numer⁹. a duodecimo anno: triginta milia q̃dringẽti sexaginta duo. Filij et filie ⁊ uxores. omĩs computatõ. quadragĩta milia ducenti q̃draginta duo. Filij sacerdotum q̃ psallebant ĩ templo. filij asaph: centum uiginti octo. Ostiarij vero esmenni. filij azer. filij amon. filij accuba topa. filij tobi: omnes centum triginta nouem. Sacerdotes seruientes in templo. Filij sel. filij gasipa. filij tabloth. filij carie. filij su. filij hellu. filij labana. filij armatha. filij accub. filij uthа. filij cethа. filij aggab. filij obai. filij anan. filij canna. filij geddu. filij an. filij radin. filij desanun. filij nechoba. filij caseba. filij gaze. filij ozni. filij sinoe. filij attre. filij bastem. filij asiana. filij manei. filij nasisim. filij acuphu. filij agista. filij arui. filij fauon. filij phasalon. filij meedda. filij fusa. filij careth. filij barc⁹. filij saree. filij coesi. filij nasith. filij agisti. filij pedon: salomõ filij eius: filij asophot. filij pharida. filij celi. filij dedõ. filij gaddahel. filij sephegi. filij aggia. filij fachareth. filij sabathan. filij aroneth. filij malsith. filij ame. filij zaphai. filij addus. filij suba. filij eura. filij rabotis. filij saphat. filij malmon. Omnes sacro seruientes. et pueri salomonis: quadringenti octogintaduo. Hij sunt filij qui ascenderunt a chermel ⁊ thersas. principes eor. carmellam et careth. et non poterant edicere ciuitates suas. et ꝑgenies: quemadmodum sint ex israel: filij dalarij. filij tubam. filij nechodaici. ⁊ ex sacerdotibus qui fungebanť sacerdotio ⁊ nõ sunt inuẽti: filij obÿa. filij achisos. filij addin: qui accepit uxorem ex filiabus phargeleu vocati sunt nomine eius. Et horum quesita est generis scripta impedatura et non est inuẽta: et prohibiti sunt sacerdotõ fungi. Et dixit illis neemias ⁊ astharas ne participentur sancta: donec surgat pontifex doctus in ostensionem et veritatem. Omnis autem israel erant duodecim milia exceptis seruis ⁊ ancillis quadraginta duo milia trecenti sexaginta. Serui horum et ancille. septem milia trecenti trigintа septẽ: cantores et cantatrices. ducenti sexaginta quinq. Cameli quadringenti trigintа q̃nq: equi septem milia trigintа sex: muli ducenta milia quadraginta quinq: subiugalia quinq milia uigintiquinq. Et de prepositis ipsis per pagos dum venirent in templum domini quod erat in hierusalem: innouare et suscitare templum in loco suo secundum suam virtutem. et dari in templum. thesaur operum sacrum. auri mnas duodecim milia. et stolas sacerdotales centum. Et inhabitauerunt sacerdotes. et leuite. et qui exigerant de plebe in hierusalem et in regione: et cantores et ostiarij. et omnis israel. in regionibus suis. Instante autem septimo mẽse. cunq; essent filij israel unusquisq; in suis reb⁹: conuenerunt unanimes in atrium quod erat ante ianuam orientalem. Et stantes ihesus filius iosedech. et fratres eius sacerdotes. et zorobabel filius salathiel. et huius fratres. parauerunt altare: ut offerrent super illud holocaustomata secundum que in libro moysi hominis dei prescripta sunt. Et conuenerunt sibi ex alijs natõnibus terre: et erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terre: ⁊ offerebant hostias ⁊ holocaustomata domino matutina. Et egerũt scenophegia. et diem solennem sicut preceptum est ĩ lege: ⁊ sacrificia quotidie sicut oportebat: et post hec oblatõnes institutas. et hostias sabbator. et neomenior. et dierum solennium omnium sanctificator. Et quotq̃t vouebant domĩo a neomenia septimi mẽsis ceperunt hostias offerre deo: et templũ domini nondum erat edificatum. Et dederunt pecuniam lapidarijs. et fabris: et potum et pabula cum gaudio. Et dederunt carra sidonijs et tirijs. ut transueherent illis de libano trabes cedrinas ⁊ facerent ratis in ioppe portum: secundum decretum quod scriptum erat eis a cyro rege persarum. Et in secundo anno venientes ĩ templum dei in hierusalem. mense secundo inchoauit zorobabel filius salathiel ⁊ ihesus filius iosedech et fratres ipsorum et sacerdotes ⁊ leuite et omnes qui aduenerant de captiuitate in hierusalem: et fundauerunt templum dei. nouilunio secundi mensis secundi anni cum uenissent in iudeam ⁊ hierusalem. Et statuerunt leuitas a uiginti annis super opera domini. Et stetit ihs et

filius eius.et fratres.omnes leuitæ:conspirantes.ꝙ executores legis.ꝙ facientes opera in domo domini. Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis:ꝙ leuitæ filij asaph habentes cimbala. collaudantes dominum et benedicentes secundum dauid regem israel. Et cantabant canticum domino: quoniam dulcedo eius et honor in secula super omnem israel. Et omnis populus tuba cecinerunt: et proclamauerũt voce magna: collaudantes dominũ in suscitatõne domus domini. Et venerunt ex sacerdotibus et leuitis.ꝙ presidentibus secundum pagos. senioribus qui viderant pristinam domum: et ad huius edificatõnem cũ clamore et planctu magno.ꝙ multi cum tubis et gaudio magno: intantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnifice: ita vt longe audiret. Et audierunt inimici tribus iudæ ꝙ beniamin: et venerunt scire que esset vox tubarum. Et cognouerunt. quoniam qui erant ex captiuitate edificant templum domino deo israel. Et accedentes ad zorobabel. et iheſum. et prepositos pagorum dixerunt eis. Edificabimus vna vobiscum. Similiter enim audiuimus dominum nostrum: et ipsi pariter incedimus a diebus asbasareth regis assiriorum: qui transmigrauit hinc. Et dixit illis zorobabel. et iheſus.et principes pagorum israel. Non est nobis ꝙ vobis edificare domuz dei nostri. Nos eñ soli edificabimus domino israel: secundũ ea que precepit nobis Cyrus rex persaꝝ. Gentes autem terre incubantes hijs qui sunt in iudea. et leuantes opus edificatõnis.et insidias et populos adducentes. prohibebant eos edificare:et aggressuras exercentes impedierunt ne consummaretur edificium omni tempore vite Cyri regis: et protraxerunt structuram per biennium vsqz ad darij regnum.

¶ Capitulum. VI.

In secundo autem anno regni darij. prophetauit aggeus ꝙ zacharias filius addin prophete apud iudeam et hierusalem: in nomine dei israhel super eos. Tunc stans zorobabel filius salathiel.et iheſus filius iosedech:inchoauerunt edificare domum domini que est in hierusalem: cum adessent eis prophete domini et adiuuarent eos. In ipso tempore venit ad illos sysennes subregulus syrie ꝙ phenicis. et satrabozanes et sodales eius: ꝙ dixerunt eis. Quo precipiente vobis domum hanc edificatis:et tectum istud ꝙ alia omnia perficitis? Et qui sunt structores qui hec edificant? Et habuerunt gratiam. visitatione facta super eos qui erant ex captiuitate a domino seniores iudeoꝝ: et nõ sunt impediti edificare donec significaret dario de omnibus istis: et responsum acciperetur. Exemplum epistole:quã miserunt dario. Sysennes subregulus syrie et phenicis.et satrabozanes.et sodales eius: in syria et phenice presides: regi dario salutem. Omnia nota sint domino regi: q cum aduenissemus in regionem iudee.et introissemus in hierusalem.inuenimus edificantes domũ dei magnam et tẽplum ex lapidibus politis et magnis.ꝙ pciosis materijs in parietibus:et opera illa instanter fieri: et suffragare et prosperare in manibus eorum.et in omni gloria q̃diligentissime perfici. Tunc interrogauim? seniores:dicentes. Quo permittente vobis edificatis domum istam:ꝙ opera hec fundatis? Ideo autez interrogauimus:vt notum facerem? tibi homines et prepositos: ꝙ nominũ scripturam prepositoꝝ postulauim? illos. At illi responderunt nobis dicentes. Nos sum? serui dñi qui fecit celum ꝙ terram:ꝙ edificabaꝫ hec dom? ante annos istos multos a rege israel magno ꝙ fortissimo:ꝙ consummata est. Et qm̃ patres nostri exacerbantes erant ꝙ peccauerũt in deũ israel.tradidit eos in man? nabuchodonosor regis babilonie. regis chaldeoꝝ:et domũ istam demolientes incenderunt:ꝙ plm captiuum duxerunt in babiloniã. In primo anno regnte Cyro rege babilonie scripsit Cyr? rex domũ hãc edificare:ꝙ illa sacra vasa aurea ꝙ argentea q̃ extulerat nabuchodonosor de domo q̃ est in hierusalẽ. ꝙ consecuerat ea in suo tẽplo:rursus ptulit ea Cyr? rex de templo qð erat in babilonia.ꝙ trdita sunt zorobabel ꝙ salmanasaro subregulo. Et preceptũ est eis vt offerrent hec vasa.ꝙ reponerent in templo qð erat i hierusalez:ꝙ ipsum templum dei edificare

in loco suo. Tunc salmanasarus subiecit fundamenta dom⁹ domini que est in hieru salem. et exinde vsqꝫnunc edificat:et non accepit consummatōem. Nunc ergo si iudi cata te o rex. perquirat in regalibus bibli othecis Cyri regis q̄ sunt in babilonia: si inuentū fuerit consilio Cyri regis ceptaz esse structurā domus domini que est ī hie rusalem. et iudicata domino rege nostro: scribat de hijs nobis. Tunc rex darius pre cepit inqri ī bibliothecis. et inuentus est ī egbathanis opido quod est in media regi one locus vnus in quo scripta erant ista. Anno prīo regnante Cyro rex Cyrus pre cepit domum domini que est in hierusalez edificare. vbi incendebant igni assiduo: cu ius altitudo sit cubitorum decem et latitu do cubitorum sexaginta quadratum lapi dibus politis tribus. et meniano ligno e iusdem regionis. et meniano vno nouo: ⁊ impendia dari de domo Cyri regis: et sa cra vasa domus domini taz aurea q̄ argē tea que extulit nabuchodonosor. in domū dñi que est in hierusalez vbi erant posita: vt ponantur illic. Et precepit curam agere syssennem subregulum sirie et phenicis. et zatrabuzannam et sodales eius: et q̄ ordi nati erant in siria⁊ phenice presides. vt ab stinerent se ab eodem loco. Et ego quoqz precepi in totū edificare:et prosperi vt ad iuuent eos q̄ sunt ex captiuitate iudeoruz donec consumetur templum edis dñi: et a vexatione tributorum syrieceles et phe nice. diligenter quantitatem dari hijs ho minibus ad sacrificiuz domini. zorobabel prefecto ad thauros et arietes ⁊ agnos: si militer autem et frumentum et sal et vi num et oleum instanter per singulos an nos. prout sacerdotes qui sunt in hierusa lem dictauerunt consumi quotidie sine vlla dilatōne: vt offerantur libatōnes sum mo deo: pro rege⁊ pueris eius. et orent pro ipsorum vita. Et denuncietur: vt quicunqz transgressi fuerint aliquid ex hijs que scri pta sunt. aut spreuerint: accipiatur lignū de suis proprijs. et suspendantur: et bona ipsorum regi ascribantur. Propterea⁊ do minus cuius nomen inuocatum est ibi. exterminet omnem regem et gentem. qui manum suaz extenderit prohibere aut ma le tractare domum domini illam que est ī hierusalem. Ego darius rex decreui. q̄ dili gentissime secundum hec fieri.

Capitulum. .VII.

Tunc syssennes subregulus celeusy rie et phenicis et satrabuzannes et sodales. obsecuti hijs q̄ a dario re ge erant decreta. insistebant sacrosanctis operibus diligentissime cooperantes cum senioribus iudeorum principibus sirie: et prosperata sunt sacrosancta opera: prophe tantibus aggeo et zacharia prophetis. Et consummauerunt omnia per preceptum domini dei israel: et ex consilio Cyri ⁊ da rij et artarxersis regis persarum. Et con summata est domus nostra vsqꝫ ad terciaz et vicesimam diem mensis adar: sexto an no darij regis. Et fecerunt filij israel. ⁊ sa cerdotes et leuite et ceteri qui erant ex ca ptiuitate q̄ apposita sunt: secundum ea que scripta sunt in libro moysi. Et obtulerunt in dedicatōem templi domini thauros cē tum. arietes ducentos. agnos trecentos: ⁊ hedos pro peccatis vniuersi israel duode cim: secundum numerum tribuum israel. Et stetert sacerdotes et leuite amicti sto lis per tribus super opera domini dei isra el. secundum librum moysi: et ostiarij per singulas ianuas. Et egerunt filij israel cū hijs qui erant ex captiuitate illud phase quartadecima luna mensis primi: quando sanctificati sunt sacerdotes et leuite. Et omnes filij captiuitatis nō sunt simul san ctificati: quia leuite omnes simul sanctifi cati sunt. Et immolauerunt phase vniuer si filij captiuitatis: et fratribus suis sacer dotibus ⁊ sibimetipsis. Et manducauerūt filij israel qui erant ex captiuitate omnes qui remanserant ab omnibus execrationi bus gentium terre. querentes dominum: et celebrauerunt diem festum azimorum septem diebus epulantes in conspectu do mini. quoniam conuertit consilium regis assiriorum in eos: confortare manus eoꝝ ad opera domini dei israel. Et post hunc. regnante artarxerse persaruz rege. acces sit esdras filius azarie. filij helchie. filij sa lome. filij sadoch. filij achitob. filij ameri. filij azahei. filij bocci. filij abysae. filij phi nees. filij eleazari. filij aaron primi sacer dotis: hic esdras ascendit de babilonia. cū esset scriba ⁊ ingeniosus in lege moysi que

data est a domino israel: docere et facere. Et dedit ei rex gloriam. q̄ inuenisset gratiam in omni dignitate et desiderio: in conspectu eius. Et ascenderunt simul cum ipso ex filijs israhel. et sacerdotibus et leuitis. et sacris cantoribus templi: et hostiarijs. et seruis templi in hierusalem. Anno septimo regnante artarxerse in quinto mẽse: hic annus septimus est regni: exeuntes de babilonia. nouilunio quinti mensis venerunt hierosolimam iuxta preceptum illius: secundum prosperitatem itineris a domino ipsorum datam eis. In hijs enim esdras magnam disciplinam obtinebat ne pretermitteret quicq̄ eorum que essent ex lege domini et preceptis: et docendo uniuersum israhel omnem iusticiam et iudicium. Accedentes autẽ qui scribebant scripta artarxersis regis. tradiderunt scriptũ quod obuenerat ab artarxerse rege. ad esdram sacerdotem et lectorem legis domini: cuius exemplum subiectum est.

¶ Capitulum. VIII.

Rex artarxerses. esdre sacerdoti et lectori legis domini salutem. Humanior ego iudicans ī beneficijs. precepi eis qui desiderant ex gente iudeorum sua sponte. ⁊ ex sacerdotibus et leuitis qui sunt in regno meo: comitari tecuz in hierusalez. Di qui ergo cupiunt ire tecum conueniant et proficiscantur sicut placuit mihi. et septem amicis meis consiliarijs: vt visitent ea que aguntur secũdum iudeam et hierusalem obseruantes sicut habes in lege domini: et ferant munera domino israhel. que voui ego et amici hierusalem: et omne aurum et argentum quod inuentum fuerit in regione babilonie. domino in hierusalem cum illo qd̄ est donatum pro ipsa gente in templum domini eorum quod est in hierusalez: vt colligatur hoc aurum et argentum ad thauros et arietes. et agnos et hedos. et q̄ hijs sunt congruentia: vt offerant hostias domino super altare domini ipsorum quod est in hierusalem. Et omnia quecunq̄ volueris cum fratribus tuis facere auro et argento. perfice pro voluntate tua secundum preceptũ domini dei tui: et sacrosancta vasa que data sunt tibi ad opera dom̄ domini dei tui que est in hierusalem: et cetera quecunq̄ tibi subuenerint ad opera templi dei tui dabis de regali gazophilatio: cum volueris cum fratribus tuis facere auro et argento perfice secundum voluntatem domini. Et ego quidem rex artarxerses precepi custodibus thesaurorum syrie et phenicis: vt quecunq̄ scripserit esdras sacerdos. et lector legis domini diligenter dẽt ei vsq̄ ad argenti talenta centum similiter et auri: et vsq̄ ad frumenti modios centum. et vini amphoras centũ: et alia quecunq̄ abundant sine taxatõne. Omnia secundum legem dei fiant deo altissimo: ne forte exurgat ira ī regno regis. et filij et filiorum eius. Vobis autem dicitur. vt omnibus sacerdotibus et leuitis et sacris cantoribus ⁊ seruis templi et scribis templi huius nullum tributum neq̄ vlla alia indictio irrogetur: nec habeat quisq̄ potestatem obicere eis quicq̄. Tu autem esdras secundum sapientiam dei constitue iudices et arbitros in tota syria et phenice. et omnes qui legem dei tui non nouerũt doce: vt quotquot transgressi fuerint legẽ diligenter plectantur: siue morte siue cruciatu. siue etiam pecunie mulctatione. vel abductione. Et dixit esdras scriba. Benedictus dñs deus patrum nostrorum. qui dedit hanc voluntatem. in cor regis clarificare domum suam que est in hierusalem: et me honorificauit in conspectu regis. et consiliariorum. et amicorum eius. et purpuratorum eius: et ego constans animo factus sum secundum opitulationem domini dei mei. Et congregaui ex israhel viros: vt simul ascenderent mecũ. Et hij sunt prepositi ſm suas patrias et principatus portionales eorum qui mecum ascenderũt de babilonia: in regno artarxersis. Ex filijs phares: gersom̄. Ex filijs siemaruth: amen̄. Filiorum dauid: accus filiꝰ secelie. Ex filijs phares: zacharias. ⁊ cũ eo reuersi sunt viri centũquinq̄ginta. Ex filijs ductoris moabilonis zaraei: et cũ ipso viri ducentiq̄nq̄ginta. Ex filijs zacues iechonias zechee li: ⁊ cũ ipso viri ducentiquinquaginta. Ex filijs sala maasias gotholie: ⁊ cũ ipso viri septuagĩta. Ex filijs saphacie. zarias michelis ⁊ cũ ipo viri octogĩta. Ex filijs iobabdias iezeli ⁊ cũ ipo viri ducẽtiduodecĩ. Ex

filijs banie salimoth filius iosaphie: et cū ipso viri centumsexaginta. Ex filijs beer. zacharias bebei: et cū ipso viri ducentiocto. Ex filijs azario channes acharie: et cum ipso viri centumdecem. Ex filijs adonicham ipsis postremis:et hec sunt nomina eorum eliaphalam filius gebel et semeias. et cum ipso viri septuaginta. Et congregaui eos ad fluuium qui dicitur thŷa. et methathi:illic fuim⁹ triduo.et recognoui eos. Et ex filijs sacerdotum et leuitaꝝ non inueni illic. Et misi ad eleazarum et eccelom. et masman.et maloban. et enaathan.et samea.et ioribuz nathan.enuagā. zachariam. et mosollamum: ipsos ductores et peritos. Et dixi eis. vt venirent ad luddeum qui erat apud locum gazophilacij. Et mandaui eis. vt dicerent luddeo.et fratrib⁹ eius et illis qui erant in gazophilatio:vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerenť in domo domini dei nostri. Et adduxerunt nobis secundum manum validam domini dei nostri viros peritos. Ex filijs mooli. filij leui.filij israel. sebebiam. et filios et fratres qui erant decem et octo.asbiam et ammin.ex filijs filioꝝ channei:et filij eoꝝ. viri viginti. Et ex hijs qui in templo seruiebant quos dedit dauid: et ipsi principes ad operationem leuitis templo seruientium:ducentiuiginti. Omnia nomīa significata sunt in scripturis. Et voui illic ieiuniū iuuenib⁹ in conspectu domini: vt quererent ab eo bonum iter nobis et q̄ nobiscum erant ex filijs et pecorib⁹ propter īsidias. Erubui enī petere a rege pedites et eq̄tes in comitatu tutele gratia: contra aduersarios nostros. Diximus enī regi: quoniam virtus dñi erit cum eis. q̄ inquirunt eum in omni affectu. Et iterum deprecati sumus dñm deum nostrum ſm hec:quem et propitiū habuimus:et compotes facti sumus deo nostro. Et separaui ex plebis prepositis.ꝛ sacerdotibus templi viros duodecim: et sedebian. et asannan.et cum eis ex fratrib⁹ eorum viros decem. Et appendi eis aurꝝ et argentum. et vasa sacerdotalia dom⁹ dei nostri:que donauerat rex.et consiliarij eius. et principes. et omnis israel. Et cum appendissem: tradidi argenti talenta centumq̄nq̄ginta. et vasa argentea talentoꝝ centum.et auri talenta centum: et vasoꝝ aureorum sepcies viginti: et vasa erea de bono eramento splendentia duodecim. auri speciem reddentia. Et dixi eis. Et vos sācti estis domino et vasa sunt sancta:et aurum et argentū votum est dño deo patrum nostroꝝ. Eligilate et custodite donec tradatis ex plebis prepositis.et sacerdotibus et leuitis.et principib⁹ ciuitatū israel ī hierusalem: in pastoforio domus dei nostri. Et hij q̄ suscepert sacerdotes et leuite aurꝝ et argentū. et vasa que erant in hierusalē intulerunt in templum dñi. Et promouimus a fluuio thia die duodecima mensis p̄mi:vsquequo introiuim⁹ in hierusalem. Et cū factus fuisset terci⁹ dies:quarta aūt die ponderatum aurꝝ et argentum traditum est in domo dñi dei nostri: marimoth filio iori sacerdoti: et cum ipso erat eleazar filius phinees. et erant cū ipsis iosabdus filius iheſu.et medias.et banni fili⁹. leuite: ad numerꝝ et ad pondus vniuersa. Et scriptum est pondus ipsoꝝ eadez hora. Qui aūt venerunt ex captiuitate obtulert sacrificiū dño israel thauros duodecī. pro omni israel. arietes octogītasex. agnos septuagintaduos. hircos pro peccato duodecim.et pro salute vaccas duodecim:omnia in sacrificium dñi. Et elegerunt precepta regis regalib⁹ dispensatoribus:et subregulis celeusirie. et phenicis: et honorificauerūt gentem et templum domini. Et consummatis hijs accesserunt ad me prepositi dicentes. Non segregauerunt genus israel ꝛ principes et sacerdotes.et leuite.et alienigene gentes et nationes terre immundicias suas: et achananeis et ethei. et pherezeis. et hiebuseis.et moabitis. atqꝝ egiptijs.et ydumeis. Coniuncti enī sunt filiabus eoꝝ et ipsi et filij eorum:et commixtū est semen sanctum alienigenis gentib⁹ terre:ꝛ participes erant prepositi ꝛ magistratus iniq̄tatis huiusmodi ab inicio ipsius regni. Et mox vt audiui ista conscidi vestimenta et sacram tunicam: et lacerans capillos capitis.et barbaz:sedi dolens ꝛ mestus. Et conuenerť quotquot tunc mouebanť in verbo domini dei israel ad me lugentem super iniq̄tatem istam:et sedebam tristis vsqꝝ ad vesptinū sacrificiū. Et surgens a ieiunio cōscissa habens vestimīta.ꝛ

ſacram tunicam: ingeniculans.et extendens manus ad dominum dicebaz. Domine confuſus ſum: et reuerit⁹ ſum ante faciē tuaz. Peccata eñ nrā multiplicata ſūt ſup capita nrā:⁊ iniq̄tates nre exaltate ſūt vſq; ad celū: qñ a temporibus p̄m nr̄oꝝ ſum⁹ in magno peccato. vſq; ad diē hunc. Et propter peccata noſtra et patrum noſtrorum ſumus traditi cum fratribus noſtris.et cum ſacerdotibus noſtris et regibus terre in gladium et captiuitatē et depredationem cum confuſione:vſq; in hodiernum diem. Et nunc quantum eſt q̄ contigit nobis miſericordia abs te dñe deus:et derelinque nobis radicem.et nomen in locum ſanctificationis tue.detegere luminare noſtrum in domo domini dei noſtri:dare nobis cibū in omni tempore ſeruitutis noſtre.Et cuz ſeruiremus non fuim⁹ derelicti a domino deo noſtro:ſed conſtituit nos in gratia. ponens nobis reges perſarum dare cibum. et clarificare templū domini dei noſtri et edificare deſerta ſyon: dare nobis ſtabilitatem in iudea et hieruſalem. Et nunc quid dicimus domine habentes hec: Tranſgreſſi enim ſumus precepta tua:que dediſti in manus puerorum tuorum prophetarum dicens.Quoniam terra in quam introiſtis poſſidere hereditatem eius. terra polluta eſt coinquinationibus alienigenarum terre:et immundicie illorum repleuerunt eam tota īmundicia ſua.Et nunc filias veſtras non coniungetis filijs eorum. et filias earum non accipietis filijs veſtris: et non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore: vt inualeſcentes manducetis optima terre. et hereditatez diſtribuatis filijs veſtris vſq; in euuz. Et que contingunt nobis omnia fiunt propter opera noſtra maligna:et magna peccata noſtra.Et dediſti nobis talem radicez:et rurſum reuerſi ſum⁹ tranſgredi legittima tua: vti cōmiſceremur.immundicie alienigenaꝝ gentium terre huius. Nonne iraſceris nobis perdere nos.quoaduſq; non relinquatur radix. et nomen noſtrum: Domine deus iſrahel verax es. Derelicta eſt eñ radix vſq; in hodiernū diem. Ecce nunc ſumus in conſpectu tuo in iniquitatibꝫ noſtris. Non eſt eī adhuc ſtare ante te in hijs. Et cū adoran-

do confiterē eſdras flens humi proſtrat⁹ ante templum: congregati ſunt ante eum ex hieruſalem turba magna valde viri et mulieres.et iuuenes et iuuencule. Fletus eniz erat magnus in ipſa multitudine. Et cum clamaſſet iechonias iehelī ex filijs iſrahel:dixit eſdre. Nos in dominum peccauimus: q̄ collocauim⁹ nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terre.Et nunc es ſuper omnem iſrahel. In hijs ergo ſit iuſiurandum a domino expellere omnes vxores noſtras que ex alienigenis ſunt cum filijs earuz. Sicut tibi decretum eſt a maioribus ſecundum legem domini exurgens explica: ad te enim ſpectat negocium:et nos tecum ſumus. Viriliter fac.Et exurgēs eſdras adiurauit p̄ncipes ſacerdotum. et leuitas et omnem iſrahel facere ſecundum hec: et iurauerunt.

Capitulum. IX.

Et exurgens eſdras ab ante atrium templi abijt in paſtoforium ionathe filij naſabi:⁊ hoſpitatus illic ñ guſtauit panem.nec aquam bibit.ſup iniq̄tatez multitudinis.Et facta eſt p̄dicatio ī omni iudea⁊ in hieruſalē omnibꝫ q̄ erant ex captiuitate in hieruſalē congregati: vt q̄cunq; ñ occurrerit biduo vel triduo diei ſm iudicium aſſidentiū ſenioꝝ.tollerentur facultates ſue: et ipſe alienus iudicaretur a multitudine ciuitatis. Et ꝯgregati ſunt omnes q̄ erant ex tribu iuda⁊ beniamin ī tribꝫ diebꝫ in hieruſalē. Hic menſis eſt nonus:dies menſis viceſim⁹.Et ſedit omnis multitudo in area templi trementes ꝓpter hiemem p̄ntem. Et exurgens eſdras dixit illis. Vos iniq̄ feciſtis collocando vobis ī matrimoniū vxores alienigenas: vt addaretis ad pc̄a iſrahel. Et nunc date confeſſionē et magnificentiaz dño deo patr̄ noſtroꝝ:et perficite voluntatē ipſi⁹:et diſcedite a gētibꝫ terre⁊ ab vxoribꝫ alienigenis Et clamauit oīs multitudo: et dixer̄t voce magna Sicut dixiſti:faciem⁹. Sed qm̄ multitudo magna eſt.⁊ tempus hyb̄rnū: et non poſſumus inſubſidiati ſtare.et hoc op⁹ nō eſt nobis vni⁹ diei.neq; bidui. multum eñ in hijs peccauim⁹:ſtent prepoſiti multitudinis.⁊ oēs q̄ nobiſcū inhabitant.

et quotquot habent vxores apud se alieni genas:et assistant accepto tempore ex omni loco presbiteri et iudices:vsquequo soluant iraz domini negocij hui⁹. Jonathas autem filius ezeli.et ozias tecbaz susceperunt secundum hec: et bozoramus.⁊ leuis et sabathe⁹.simul cooperati sunt cū illis. Et steterunt secundum hec. nomina omnia vniversi ꝙ erant ex captiuitate.Et elegit sibi viros esdras sacerdos p̃cipes magnos de patribus eorum secundum nomina: et consederunt nouilunio mensis decimi examinare negocium istud. Et determinatum est de viris qui habebant vxores alienigenas vsqz ad neomenia primi mensis:et inuenti sunt ex sacerdotibꝰ permixti ꝙ habebant alienigenas vxores. Ex filijs ihesu.filij iosedech et fratribꝰ ei⁹.maseas.et eliezerus.et iozibꝰ. et ioadeus:et iecerunt man⁹ vt expellerent vxores suas: ad litandū in exoratione arietē pro ignorantia sua. Et ex filijs semmeri: maseas.et esses et ieelech.azarias.Et ex filijs phozore: liomasias.hismaems.et nathanae.iussio ieddus ⁊ talsas.Et ex leuitis:iozabd⁹. et semeis.et colnis.et calithas.et factheas. et coluas.et elionas. Et ex sacris cantoribus:eliasub.zaccarus. Et ex ostiarijs:sallum⁹.et tolbanes. Et ex israel: ex filijs foro osi.et remias et geddias.⁊ melchias.et michelus. et eleazar⁹.et iemebias.et bannas.Et ex filijs iolamaz:chamas.⁊ zacharias ierselis.et iobdi⁹.et hieremoth.et helias.Et ex filijs zathoim:eliadas.⁊ eliasumus.⁊ ochias.⁊ larimoth.⁊ zabdis.⁊ thebedias.Et ex filijs bebe.iohannes.⁊ amanias.et zabdias.⁊ emetis.Et ex filijs banni:olam⁹.et malluchus. et ieddeus. et iasub.et asabus.et ierimoth.Et ex filijs addin:naath⁹.et moosias.et caleurus.⁊ raanas.baseas.mathathias.⁊ beseel.⁊ bon⁹ et manasses. Et ex filijs nuae: noneas. et aphæas. et melchias. et sameas. et symon beniamin.et malchus.et marras.Et ex filijs asom:cariane⁹.mathathias.⁊ bann⁹. et eliphalach. et manasses.et semei. Et ex filijs banni:hieremias. et moodias.et abram⁹.et iohel.⁊ baneas.⁊ pelias.⁊ ionas. et marimoth. et eliasib.et mathaneus. et eliasis. et oziasas. et dielus. et semedius.et sambris.iosephus. Et ex filijs nobei: ÿtelus.et mathathias.et sabadus.et zecheda sedmi.et iessei.baneas.Omnes isti coniuxerunt sibi vxores alienigenas:et dimiserūt eas cū filijs. Et inhabitauerūt sacerdotes et leuite et ꝙ erant ex israel in hierusalem et in tota vna regione: nouilunio mensis septimi. Et erant filij israel in cōmorationibꝰ suis. Et congregata est omnis multitudo simul in aream q̄ est ab oriente porte sacre. Et dixerūt esdre pontifici.et electori: vt afferret legem moysi q̄ tradita est a domino deo israel.Et attulit esdras pontifex legē omni multitudini eoꝝ a viro vsqz ad mulierē et omnibus sacerdotibus: audire legē nouilunio mensis septimi. Et legebat in area q̄ est ante sacraz portam tēpli:a p̃a luce vsqz ad vesperā.coraz viris ⁊ mulieribus.Et dederunt omnes sensuz ad legez.Et stetit esdras sacerdos et lector legis super ligneū tribunal qđ fabricatū erat.Et statuerunt ad eū mathathias et samus.ananias. azarias.urias. ezechias.et balsam⁹ ad dexteraz:et ad sinistraz phaldeus misael. malachias.abustas. sabus.nabadias. et zacharias. Et assumpsit esdras libꝝ coraz omni multitudine:presidebat em̄ i gloria i conspectu oim. Et cū absoluisset legez oms recti steterunt: et benedixit esdras dnm deum altissimū: deum sabaoth omnipotentez. Et respondit omnis plus amen. Et eleuatis sursum manibus: procidentes in terram adorauerunt dominū. ihesus.et banaeus.et sarabias.et iadinus. et accubus. et sabatheus. et calithes. et azarias.et iorad⁹.et ananias et filias leuite.qui docebant legē domini: et in multitudine legebant legem dni: et preferebant singuli eos qui intelligebant lectionez.Et dixit ad tharates esdre pontifici et lectori: et leuitis qui docebant multitudiez dicēs. Dies hic sanctus est domino. Et omnes flebant cū audissent legem. Digressi ergo manducate pīguissima queqz:⁊ bibite dulcissima queqz:⁊ mittite munera his q̄ non habent. Sanctus em̄ est hic dies dni:⁊ nolite mesti esse. Dns em̄ clarificabit vos. Et leuite denunciabant in publico omnibꝰ dicentes. Dies hic sanct⁹est. Nolite mesti esse.Et abierunt oēs manducare ⁊ bibere ⁊ epulari:⁊ dare munera his q̄ ñ habebāt vt epulent. Magnifice eī sūt exaltati vbis

quibꝰ edocti sunt. Et congregati sunt uniuersi in hierusalem celebrare leticiam: ſm testamentum domini dei israhel.

¶ Explicit liber esdre terci⁹ Incipit esdre quartus.

Liber esdre prophete secundus. filij sarei. filij azarei. filij elchie. filij sadanie. filij sadoch. filij achitob. filij achie. filij phinees. filij heli. filij amerie. filij asiei. filij marimoth. filij arna. filij ozie. filij borith. filij abissei. filij phinees. filij eleazar. filij aaron ex tribu leui: qui fuit captiuus in regione medorum in regno artarxersis regis persarum. Et factum est verbum domini ad me dicens. Vade et nuncia populo meo facinora ipsorum et filijs eorum iniquitates quas in me admiserunt: vt nuncient filijs filiorum quia peccata parentū ipsorum in illis creuerunt. Obliti em̃ mei sacrificauerunt dijs alienis. Nonne ego eduxi eos de terra egipti: de domo seruitutis? Ipsi autem irritauerunt me: & consilia mea spreuerunt. Tu autez excute comam capitis tui: et proice omnia mala super illos: quoniam non obedierunt legi mee. Populus autem est indisciplinat⁹. Vsqzquo eos sustinebo quibꝰ tanta beneficia contuli? Reges multos propter eos subuerti: pharaonem cum pueris suis et omnem exercitum eius percussi. Omnes gentes a facie eorum perdidi: et in oriente prouinciaz duarum populos Tyri et sydonis dissipaui: et omnes aduersarios eoruz interfeci. Tu vero loquere ad eos dicens. Hec dicit dominus. Nempe ergo vos per mare transmeaui: et plateas vobis inicio munitas exhibui. Ducē vobis dedi moysē et aaron sacerdotem: lucem vobis per columnam ignis prestiti: et magna mirabilia feci in vobis. Vos autem mei obliti estis dicit domin⁹. Hec dicit dominus omnipotens. Coturnix vobis in signo fuit: castra vobis ad tutelam dedi et illic murmuraſtis: et non triumphaſtis in nomine meo de perditione inimicorum vestroz: sed adhucnuncusqꝫ murmuraſtis. Vbi sūt beneficia que prestiti vobis? Nonne in deserto cum esuiretis proclamaſtis ad me dicentes: vt quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? Melius nobis fuerat seruire egiptijs: q̃ mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros: et dedi vobis manna in escaz. Panem angelorum manducaſtis. Nonne cum sitiretis petram excidi: et fluxerunt aque in saturitate? Propter estus folijs arborum vos texi. Diuisi vobis terras pingues: chananeos et phereseos & philistinos a facie vestra proieci. Quid faciaz vobis adhuc dicit dominus. Hec dicit dominus omnipotens. In deserto cum essetis in flumine amorreo scientes et blaſphemantes nomen meum: non ignez vobis pro blaſphemijs dedi: sed mittens lignum in aquam dulce feci flumen. Quid tibi faciam iacob? Noluisti obedire iuda. Transferam me ad alias gentes: et dabo eis nomen meuz: vt custodiant legitima mea. Quoniaz me dereliqstis: et ego vos derelinquam. Petentibus vobis a me misericordiaz non miserebor: quando invocabitis me ego non exaudiaz vos. Maculaſtis enim manus vestras sanguine: et pedes vestri impigri sunt ad cōmittenda homicidia. Non quasi me dereliqstis: sed vosipsos dicit dominus. Hec dicit domin⁹ omnipotens. Nōne ego vos rogaui vt pater filios et vt mater filias et vt nutrix puulos suos: vt essetis mihi in populum et ego vobis in deum. et vos mihi in filios. & ego vobis in patrem? Ita vos collegi. vt gallina pullos suos sub alas suas. Modo autem quid faciam vobis? Proiciam vos a facie mea. Oblationem cum mihi attuleritis auertam faciem meaz a vobis. Dies enim festos vestros et neomenia et circūcisiones repudiaui. Ego misi pueros meos prophetas ad vos: quos acceptos interfeciſtis: et laniaſtis corpora eorū: quorum sanguinem exquiram dicit domin⁹. Hec dicit dominus omnipotens. Domus vestra deserta est. Proiciam vos sicut ventus stipulam: et filij procreationem non facient: quoniaz mandatum meum neglexerunt. et quod malum est coram me fecerunt. Tradam domus vestras populo venienti qui me non audientes credunt: q̃bus signa non ostendi facient que precepi. Prophetas non viderunt: et memorabunt

iniq̃tatum eorum. Testor populi venientis gratiam: cuius paruuli exultant cum letitia me nõ videntes oculis carnalibus: sed spiritu credentes que dixi. Et nunc frater aspice que gloria: et vide populum venientem ab oriente: quibus dabo ducatum abraham. ysaac ⁊ iacob et osee ⁊ amos et michee et iohel et abdie et ione ⁊ naum et abacuc. sophonie. aggei. zacharie et malachim qui et angelus domini vocatus est.

Capitulum .II.

Hec dicit dominus. Ego eduxi populum istum de seruitute: quibus mandata dedi per pueros meos pphetas quos audire noluerunt: sed irrita fecerunt mea consilia. Mater que eos generauit dicit illis. Ite filij: quia ego vidua sum et derelicta. Educaui vos cum leticia. et amisi vos cum luctu et tristicia. Quoniam peccastis coram domino deo vestro: et quod malum est coram eo fecistis. Modo autem quid faciaz vobis? Ego vidua sum ⁊ derelicta. Ite filij: ⁊ petite a domino misericordiam. Ego autem te pater testem inuoco super matrem filiorum qui noluerũt testamentum meum seruare: vt des eis cõfusionem et matrem eorum in direptiõem: ne generatio eorum fiat. Dispergantur in gentes nomina eorum: deleantur a terra. quoniaz spreuerunt sacramentum meum. Ue tibi assur: qui abscõdis iniquos penes te. Gens mala memorare quid fecerim zodome ⁊ gomorre: quorum terra iacet in piceis glebis et aggeribus cinerum. Sic dabo eos qui me non audierunt: dicit dominus omnipotens. Hec dicit dominus ad esdram. Nuncia populo meo: quoniaz dabo eis regnum hierusalem quod daturus eram israhel. Et sumam mihi gloriam illorum: et dabo eis tabernacula eterna que preparaueram illis. Lignum vite erit illis in odore vngenti: et non laborabunt neq3 fatigabuntur. Ite: et accipietis. Rogate vobis dies paucos. vt immorentur. Jam paratum est vobis regnum. Uigilate. Testare celum et terram. Contriui enim malum et creaui bonum: quia viuo ego dicit dominus. Mater amplectere filios tuos: educ illos cuz leticia. Sicut columba confirma pedes eorum. quoniam te elegi dicit dominus. Et resuscitabo mortuos de locis suis: et de monumentis educaz illos: quoniaz cognoui nomen meum in israhel. Noli timere mater filiorum: quoniam te elegi dicit dominus. Mittam tibi adiutoriũ pueros meos ysaiam ⁊ hieremiaz: ad quorum consilium sanctificaui et parauí tibi arbores duodecim: grauatas varijs fructibus. et totidem fontes fluentes lac et mel: et montes immensos septem habentes rosaz et lilium: in quibus gaudio implebo filios tuos. Uidua iustifica: pupillo iudica. egenti da. orphanũ tuere. nudũ vesti: confractũ ⁊ debilez cura. claudũ irridere noli: tutare mancũ: et tecũ ad visionez claritatis mee admitte. Senẽ ⁊ iuuenez inẽ muros tuos serua: mortuos vbi inueneris signans ꝯmẽda sepulchro: ⁊ dabo tibi prĩaz cessionẽ in resurrectõe mea. Pausa ⁊ qesce ꝓlus meus: quia veniet reqes tua. Nutrix bona nutri filios tuos: ꝓfirma pedes eoꝝ. Seruos quos tibi dedi: nemo ex eis interiet. Ego emẽ eos requiram de numero tuo. Noli fatigari. Cũ emẽ venerit dies pressure et angustie alij plorabunt et tristes erũt: tu aũt hilaris ⁊ copiosa eris. Uelabũt gentes: ⁊ nil aduersus te poterunt: dicit dñs. Man⁹mee tegent te: ne filij tui gehennam videant. Jocundare mater cũ filijs tuis: quia ego te eripiam dicit dñs. Filios tuos dormientes memorare: quoniam ego eos educam de latebris terre ⁊ misericordiaz cũ illis faciaz: qm̃ misericors sum dicit domin⁹omnipotens. Amplectere natos tuos vsqdũ venio et prestem illis misericordiam: qm̃ exuberant fontes mei: et gratia mea ñ deficiet. Ego esdras preceptuz accepi a domino in monte oreb: vt irez ad israhel. Ad quos cũ venirem reprobauerunt me: et respuerunt mandatuz dñi. Ideoqz vobis dico gentes: q̃ auditis ⁊ intelligitis. Expectate pastorẽ vestr̃: requiẽ eternitatis dabit vobis: quoniã in proximo est ille qui in fine seculi aduenier. Parati estote ad ꝑmia regni: quia lux perpetua lucebit vobis. p eternitatẽ temporis. Fugite umbraz seculi hui⁹. Accipite iocũditatẽ glorie vre. Ego testor palaz saluatorem meũ: comendatuz

donum accipite et iocundamini: gracias agentes ei qui vos ad celestia regna vocauit. Surgite et state: et videte numerum signatoꝝ in conuiuio domini. Qui se de vmbra seculi transtulerũt: splendidas tunicas a dño acceperunt. Recipe sion numerum tuũ: et conclude candidatos tuos qui legez domini compleuerunt. Filioꝝ tuoꝝ quos optabas plenus est numerus. Roga imperiũ domini: vt sãctificetur populus tuus qui vocatus est ab inicio. Ego esdras vidi in monte sion turbam magnã quaz numerare non potui: et omnes canticis collaudabant dominuz. Et in medio eoruz erat iuuenis statura celsus. eminentioꝝ omĩbus illis: ⁊ singulis capitibus eorum ponebat coronas: et magis exaltabatur. Ego autẽ miraculo tenebar. Tunc interrogaui angeluz: et dixi. Qui sunt hij domine? Qui respondens dixit mihi. Hij sunt qui mortalem tunicam deposuerunt: et immortalem sumpserunt: et confessi sũt nomen dei. Modo coronantur et accipiũt palmas. Et dixi angelo. Ille iuuenis quis est qui eis coronas imponit: et palmas in manus tradit? Et respondens dixit mihi. Ipse est filius dei: quem in seculo confessi sunt. Ego autez magnificare eos cepi: qui fortiter pro nomĩe domini steterũt. Tunc dixit mihi angelus. Vade: annuntia populo meo qualia et quanta mirabilia domini dei vidisti.

¶ Capitulum. .III.

Anno tricesimo ruine ciuitatis erã in babilone: et conturbatus sum super cubiculo meo recũbens. Et cogitationes mee ascendebant super coz meuz: quoniaz vidi desertionez sion: et abundanciaz eoꝝ q̃ habitabant ĩ babilone. Et ventilatus est spiritus meus valde. Et cepi loqui ad altissimũ verba timorata. et dixi. O dñator domine tu dixisti ab inicio quando plantasti terraz et hoc solus: et iperasti populo et dedisti adaz corpus mortuũ: sed et ipsum figmentũ manuũ tuaruz erat. et in sufflasti in eũ spiritũ vite. et factus est viuens coraz te: et induxisti eũ in paradiso quẽ plantauerat dextera tua. añ q̃ terra aduentaret. Et huic mandasti dili gere viam tuaz ⁊ pretериuit eam: et statim instituisti in eum mortez et in nacionibus eius: et nate sunt gentes et tribus ⁊ populi et cognationes quaꝝ non est numerus. Et ambulauit vnaqueq̃ gens in voluntate sua: et mira agebant coraz te: et spernebant precepta tua. Iteꝝ autem in tempore induxisti diluuiũ super ĩhabitantes seculum: et perdidisti eos. Et factũ est in vnoquoq̃ eoꝝ sicut ade mori: sic hijs diluuiũ. Dereliquisti autez vnũ ex hijs noe cuz domo sua: et ex eo iusti omnes. Et factum est cũ cepissent multiplicari q̃ habitabant super terraz: et multiplicauerũt filios et populos et gentes multas: ⁊ ceperunt iterato impietatez facere plusq̃ priores. Et factũ est cũ iniquitatem facerent coraz te: elegisti tibi virum ex hijs cui nomen erat abraham. Et dilexisti eũ: et demonstrasti ei soli voluntatẽ tuaz. Et dispositisti ei testamentũ eternũ: et dixisti ei vt nonunq̃ derelinqueres semen ei⁹. Et dedisti ei ysaac: ysaac dedisti iacob. et esau. Et segregasti tibi iacob: esau aũt separasti. Et factus est iacob in multitudine magna. Et factũ est cum educeres semen eius ex egipto: adduxisti super montez syna. Et inclinasti celos ⁊ statuisti terram. et commouisti orbem. et tremere fecisti abissos. et conturbasti seculũ: et transiit gloria tua portas quatuor ignis et terremotus. et spiritus. ⁊ gelu. vt dares semini iacob legem: et generationi israel diligentiam. Et non abstulisti ab eis cor malignũ: vt faceret lex tua in eis fructũ. Cor em̃ malignũ baiulans primus adam transgressus et victus est: sed et omnes qui de eo nati sunt. Et facta est permanẽs infirmitas et lex cũ corde ꝑpli cũ malignitate radicis: ⁊ discessit quod bonũ est: ⁊ mansit malignũ. Et transierunt tempora ⁊ finiti sunt anni: ⁊ suscitasti tibi seruũ noie dauid: et dixisti ei edificare ciuitatez nois tui: ⁊ offerre ibi in eatez thus ⁊ oblatões. Et factũ est hoc annis multis: ⁊ dereliq̃rũt q̃ habitabãt ciuitatẽ in oĩbꝰ faciẽtes sicut fecit adam ⁊ oẽs generatões eius. Vtebãtur em̃ ⁊ ipsi corde maligno. Et tradidisti ciuitatẽ tuaz in manibus inimicoꝝ tuoꝝ. Nunquid meliora faciunt q̃ habitãt babilonez? Et propter hoc dominabitur syon.

Factum est cum venissem huc et vidissem impietates quarum non est numerus: et delinquētes multos: vidit anima mea hoc triceſimo anno et excessit cor meum: quoniam vidi quomodo sustines eos peccantes et pepercisti impie agentibus: et perdidisti populum tuum. et conseruasti inimicos tuos: et non significasti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hec. Nunquid meliora facit babilon q̄ syon. aut alia gens cognouit te preter israhel? Aut que tribus crediderunt testamentis tuis sicut iacob? Quarum merces non cōparauit: neq; labor fructificauit. Pertrānsiens enim pertransiui in gentibus: et vidi abundantes eas: et non memorantes mādatorum tuorum. Nunc ergo ponder a instatera nostras iniquitates et eorum qui habitant in seculo: et non inuenietur nomen tuum nisi in israhel. Aut quando nō peccauerunt in conspectu tuo qui habitāt terram: aut que gens sic obseruauit mandata tua? Nos quidem per nomina inuenies seruasse mandata tua: gentes autem non inuenies.

Capitulum .IIII.

Et respondit ad me angelus qui missus est ad me cui nomen huriel et dixit mihi. Excedēs excessit cor tuum in seculo hoc: et comprehendere cogitas viam altissimi. Et dixit. Ita domine meus. Et respondit mihi et dixit. Tres vias missus sum ostendere tibi: et tres similitudines proponere coram te. de quibꝰ mihi si renunciaueris vnam ex bijs: et ego tibi demonstrabo viam quam desideras videre: et docebo te vnde sit cor malignum. Et dixi. Loquere domine me⁹. Et dixit ad me. Vade ponder a mihi ignis pondus: aut mensura mihi flatum venti: aut reuoca mihi diem que preterijt. Et respondi et dixi. Quis natorum poterit facere vt me interroges de bijs? Et dixit ad me. Si essem interrogans te dicens. quante habitatiōes sunt in corde maris. aut quante vene sunt in principio abissi. aut quante vene sunt super firmamentū: aut qui sunt exitus paradisi: diceres mihi fortassis. in abissum ñ descendi: neq; ī infernū adhuc. neq; in celū vnq̄ ascendi. Nunc autem non interrogaui te nisi de igne et vento. et die per quem transisti: et a quibꝰ separari non potes: et nō respondisti mihi de eis. Et dixit mihi. Tu que tua sunt: tecum coadolescentia nō potes cognoscere. Et quomō poterit vas tuum capere altissimi viam: et iam exteritus corrupto seculo intelligere corruptōnez euidentē in facie mea? Et dixi illi. Melius erat nos non esse q̄ adhuc viuētes viuere in impietatibꝰ et pati: et non intelligere de qua re. Et rñdit ad me et dixit. Proficiscēs profectus sum ad siluam lignor campi: et cogitauerunt cogitationem: et dixerunt. Venite et eam⁹ et faciam⁹ ad mare bellū: vt recedat corā nobis: et faciam⁹ nobis alias siluas. Et similiter fluct⁹ maris: et ipsi cogitauerunt cogitatōez et dixerunt. Venite ascendentes debellem⁹ siluas campi: vt et ibi consūmem⁹ nobismetipsis aliam regionē. Et factus est cogitat⁹ silue in vanū. Venit em̄ ignis et consumpsit eam. Similiter et cogitat⁹ fluctuū maris. Stetit em̄ arena: et prohibuit eos. Si em̄ esses iudex vor: quem inciperes iustificare aut quē condēnare? Et rñdi et dixi. Altiq; vanā cogitatōnem cogitauerunt. Terra em̄ data est silue: et mari locus. portare fluctus suos. Et rñdit ad me: et dixit. Bene tu iudicasti. Et q̄re non iudicasti tibimetipsi? Quēadmodum em̄ terra silue data est. et mare fluctibus suis: sic q̄ super terram inhabitant q̄ sūt super terraz intelligere solūmodo possunt: et q̄ super celos que super altitudinē celor. Et respondi et dixi. Deprecor te domine: vt mihi det sensus intelligendi. Non em̄ volui interrogare de superioribꝰ tuis: sed de bijs q̄ pertranseūt p nos q̄tidie: q̄m q̄d israel dat⁹ in opprobriū gentibꝰ quez dilexisti populū: datus est tribubus impijs. et lex patrum nostror in interitū deducta est. et dispositōnes scripte nusq̄ sunt: et pertransiuim⁹ de seculo vt locuste: et vita nrā stupor et pauor: et nec digni sum⁹ miserdiaz conseq̄. Sed q̄d faciet nomini suo quod īuocatū est super nos? Et de bijs interrogaui: et rñdit ad me et dixit. Si fueris plurimū scrutat⁹. freq̄nter miraberis. Quōm festinans festinat seculū pertrānsire. et nō capit portare q̄ in futuris tēporibꝰ iustis repromissa sunt: qm̄ plenum iniusticia est

seculum hoc et infirmitatibus. De quibus autem interrogas dicaz. Seminatum est eñ malum: et necdum venit destructio ipsius. Si ergo non inuersum fuerit quod seminatum est et discesserit locus vbi seminatum est malum: non veniet vbi seminatum est bonum. Quoniam gramem seminis mali seminatum est in corde adam ab inicio: et quantum impietatis generauit vsqz nunc: et generat vsqz cum veniat area. Estima autem apud te gramem mali seminis quantum fructum impietatis generauit: quando secate fuerint spice quaz non est numerus. qm magnam aream incipient facere. Et respondi et dixi. Quo et quando hec: Quare modici et mali anni nostri: Et respondit ad me: et dixit mihi. Non festines tu super altissimũ. Tu eñ festinas inaniter esse super ipsũ. Nam excessus tu⁹ multus. Nonne de hijs interrogauerunt anime iustoz in promptuarijs suis dicentes: vsquequo spero sic. ꝛ qñ veniat fruct⁹ aree mercedis nostre: Et respondit ad ea hieremiel archangelus et dixit. Quando implet⁹ fuerit numer⁹ seminũ in vobis: quoniaz in statera ponderauit seculũ et mensura mensurauit tempora. et numero nunerauit tempora: et non cõmouit nec excitauit vsqzdũ impleaf predicta mẽsura. Et respondi ꝛ dixi. O dñator dñe: sed et nos omnes pleni sum⁹ impietate. Et ne forte propter nos non impleanf iustoz aree: propter peccata inhabitantiũ super terraz. Et respondit ad me. et dixit. Vade et interroga pregnantez: si quando impleverit nouẽ menses suos adhuc poterit matrix eius retinere partũ in semetipsa. Et dixi. Non potest dñe. Et dixit ad me. In inferno. promptuaria aiaz. matrici assimilata sunt. Quemadmodũ eñ illa festinat que parit effugere necessitatez partus: sic et hec festiat reddere ea que commendata sunt. Ab inicio tibi demonstrabif de hijs q̃ concupiscis videre. Et respondi ꝛ dixi. Si inueni graciaz ante oculos tuos. etsi possibile est. etsi ydoneus sum: demonstra mihi si plusq̃ preterituz sit habet venire: aut plura pertransierunt supra q̃ futurũ est. Quid pertransiuit scio: quid aũt futurum sit ignoro. Et dixit ad me. Sta super terram partem: et demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. Et steti et vidi: et ecce fornax ardens transijt coraz me. Et factum est cum transiret flamma: vidi et ecce superauit fumus. Post hec transijt coram me nubes plena aque: et immisit pluuiam impetu multaz. Et cum transisset impetus pluuie: superauerunt in ea gutte. Et dixit ad me. Cogita tibi. Sicut crescit pluuia ampliusq̃ gutte et ignis q̃ fumus: sic superabũdauit que transiuit mensura. Superauerũt autem gutte et fumus. Et orani ꝛ dixi. Putas viuo vsqz in diebus illis: Vel quid erit in dieb⁹ illis: Respondit ad me et dixit. De signis de quibus me interrogas ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus dicere tibi: sed nescio.

Capitulum. .V.

De signis autem: ecce dies venient in quibus apprehendentur qui inhabitant terrã in cẽsu multo: ꝛ abscondetur veritatis via et sterilis erit a fide regio: et multiplicabif iniusticia super hanc quam ipse tu vides et super quaz audisti olim: et erit impositu vestigio quam nunc vides regnare regionem: et videbunt eam desertam. Si autem tibi dederit altissim⁹ viuere videbis post terciã tubaz: ꝛ reluceset subitu sol noctu. ꝛ luna ter in die: et de ligno sanguis stillabit. et lapis dabit vocẽ suam: et ppli ꝛmouebũf. et regnabit quẽ non sperant q̃ inhabitant super terrã: ꝛ volatilia cõmigratõez facient: ꝛ mare sodomiticũ pisces reijciet: et dabit vocẽ noctu quaz non nouerant mlti. Omnes autez audient vocem ei⁹. Et chaos fiet per loca multa. et ignis frequenter remittef. et bestie agreste transmigrabunt: et mulieres menstruate parient monstra. et in dulcibo aquis salse inuenienf: et amici omnes semetipsos expugnabũt: et abscondef tunc sensus et itellect⁹ separabif in prõptuariũ suũ. et quere f a multis et non inuenief: ꝛ mltiplicabif iniusticia et incõtinẽcia sup terrã. Et interrogabit regio proxiaz suam et dicet. Nũquid per te transijt iusticia iustum faciens: Et hoc negabit. Et erit i illo tempore: et sperabũt homines et non ipetrabũt: laborabũt. ꝛ nõ dirigenf vie eoz. Hec signa dicere tibi pmissum est mihi. Et

suum:⁊ in antro suo morabitur. Ab interioribꝫ egredieť tempestas:et ab arcturo frigus. flante deo cõcrescit gelu:⁊ rursum latissime fundunť aque. Frumẽtũ desiderat nubes:et nubes spargunt lumen suũ . Que lustrant cuncta ꝑ circuitũ quocunqꝫ eas voluntas gubernãtis duxerit ad oñe quod ꝓceperit illis sup faciẽ orbis terraꝝ: siue in vna tribu siue in terra sua. siue in quocũqꝫ loco misericordie sue eas iusserit inueníri. Auscultа hec iob:sta et cõsidera mirabilia dei. Nunqđ scis quando precepit deus pluuijs:vt ostenderẽt lucem nubium eius: Nunqđ nosti semitas nubiũ magnas et ꝑfectas sciencias: Nonne vestimẽta tua calida sunt cũ ꝑflata fuerit terra austro : Tu forsitan cũ eo fabricatus es celos:qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Ostende nob quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris . Quis narrabit ei q̃ loquor: Sciamsi locutus fuerit homo deuorabitur at nunc non vident lucem. Subito aer cogeť in nubes:et ventus transiens fugabit eas. Ab aq̃lone aurꝫ venit:et a deo formidolosa laudatõ. Digne eũ inueniri ñ possum⁹. Magnus fortitudine ⁊ iudicio ⁊ iusticia:⁊ enarrari ñ potest . Ideo timebunt eũ viri: ⁊ nõ audebunt eũ ꝓtemplari oñes qui sibi videnť esse sapientes.

¶ Capitulum. XXXVIII.

Respondens aũt dñs iob de turbine dixit. Quis est iste inuoluens sentencias sermonibꝫ imperitis: Accinge sicut vir lumbos tuos:interrogabo te et responde mihi:Vbi eras qñ ponebam fundamenta terre : Indica mihi si habes intelligenciam. Quis posuit mensuras ei⁹ si nosti:vel quis tetendit sup eam lineam: Super quo base illius solidate sunt: Aut quis dimisit lapidem angularem eius cum me laudarent simul astra matutina:⁊ iubilarent oñes filij dei: Quis ꝓclusit ostijs mare qñ erumpebat q̃si de vulua ꝓcedens: cum ponerẽ nubem vestimentũ eius ⁊ acligine illud quasi pãnis infancie obuoluerem: Circũdedi illud terminis meis:et posui vectem et ostia:et dixi. Vsqꝫhuc venies et non ꝓcedes amplius:⁊ hic ꝓfringes tumentes fluctus tuos. Nunquid post ortuꝫ tuum precepisti diluculo et ostendisti aurore locũ suuꝫ:nunqđ ⁊ tenuisti ꝓcuciens extrema ẽre.excussisti ipios ex ea: Restituet vt lutũ signaculum:⁊ stabit sicut vestimentum. Auferet ab impijs lux sua:et brachium excelsum confringetur. Nunqđ ingressus est ꝓfundum maris:⁊ in nouissimis abyssi deambulasti: Nunqđ apte sũt tibi porte mortis:⁊ ostia tenebrosa vidisti: Nunqđ ꝓsideresti latitudinẽ terre : Indica mihi si nosti omnia in qua via lux habitet et tenebrarũ quis locus sit:vt ducas vnũquodqꝫ ad terminos suos:et intelligas semitas domus eius: Sciebas tunc q̃ nasciturus esses:et numeꝝ dieꝝ tuoꝝ noueras: Nunqđ ingressus es thesauros niuis aut thesauros grandinis aspexisti:que ꝓparaui in tempus hostis. in diem pugne et belli: Per quã viaꝫ spargiť lux. diuidiť estus sup terrã: Quis dedit vehementissimo ymbri cursum ⁊ viã sonantis tonitrui:vt pluеret super terram absqꝫ homine in deserto vbi nullus mortaliuꝫ ꝓmoraťur:vt impleret inuiam et desolataꝫ. et produceret herbas virentes: Quis est pluuie pať:vel quis genuit stillas roris : De cuius vtero egressa est glacies:et gelu de celo quis genuit: In similitudinẽ lapidis aque duranť:⁊ superficies abyssi ꝓstringiť. Nunqđ ꝓiungere valebis micantes stellas pliades: aut girum arcturi poteris dissipare: Nũquid ꝓducis luciferũ in tpe suo:et vesperũ super filios terre ꝓsurgere facis : Nũquid nosti ordinẽ celi:⁊ pones rationem eius in terra: Nunqđ eleuabis in nebulam vocem tuam:⁊ impetus aq̃rũ opiet te: Nũqđ mittes fulgura ⁊ ibũt ⁊ reuertẽcia dicẽt tibi assum⁹ : Quis posuit in visceribus homis sapiẽciam:vel quis dedit gallo intelligenciaꝫ: Quis enarrabit celoꝝ rationẽ:⁊ ꝓtentũ celi quis dormire faciet: Quãdo fundabatur puluis in terraꝫ:et glebe ꝓpigebanť: Nunqđ capies leene predã ⁊ aiaꝫ catuloꝝ ei⁹ implebis:qñ cubant in antris ⁊ in specubꝫ insidiantur: Quis preparat corvo escã suam:qñ pulli ei⁹ clamãt ad deum vagantes:eoq̃ non habeant cibos.

¶ Capitulum. XXXIX.

Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris:vel parturientes ceruas obseruasti . Dinumerasti menses conceptus earum:et sciſti tempus partus earum : Incuruantur ad fetum et pariũt:et rugitus emittunt . Sepanť filij

eaꝝ et ꝑgunt ad pastũ: egrediunt̃ ⁊ nõ re-
uertent̃ ad eas. Quis dimisit onagrũ libe-
rum: et vincula eius q̃s soluit? Cui dedi in
solitudine domũ: ⁊ tabnacula eius ĩ terra
salsuginis. Contẽnit mltitudinẽ ciuitatis:
clamorem exactoris nõ audit. Circũspicit
montes pascue sue: et virentia queqꝫ ꝑqui-
rit. Nunquid volet rinoceros seruire tibi:
aut morabit̃ ad p̃sepe tuũ? Nunq̃d alliga-
bis rinocerotam ad arandũ loro tuo: aut
ꝯfringet glebas valliuꝫ post te? Nunq̃d fi-
duciam habebis in magna fortitudĩe eius?
Et derelinques ei labores tuos? Nunquid
credes illi qm̃ sementẽ reddet tibi: ⁊ aream
tuã congreget? Pẽna strutõnis similis est
pennis herodij ⁊ accipitris. Qñ derelĩquit
oua sua ĩ terra: tu forsitan ĩ puluere cale-
facies ea? Obliuiscit̃ ꝙ pes ꝯculcet ea: aut
bestia agri conterat. Durat̃ ad filios suos
quasi non sint sui: frustra laborauit nullo
timore cogente. Priuauit em̃ eaꝫ deus sa-
piencia: nec dedit illi intelligenciaꝫ. Cum
tempus fuerit ĩ altum alas erigit: deridet
equũ ⁊ ascensorẽ eius. Nunq̃d prebebis eq̃
fortitudinẽ: aut circũdabis collo ei⁹ hin-
nituꝫ? Nunq̃d suscitabis eũ quasi locustas?
Gloria nauriũ eius terror: terram vngula
fodit. Exaltat audacter: in occursum per-
git armatis. Contemnit pauorẽ: nec cedit
gladio. Sup ip̃m sonabit pharetra: vibra-
bit hasta et clipeus. Feruens et fremens
sorbet terrã: nec reputat tube sonare clan
gorẽ. Vbi audierit bucinã dicit vah: ꝑcul
adorat̃ bellũ exhortationẽ ducum: et vlu-
latum exercitus. Nũquid ꝑ sapienciã tuaꝫ
plumescit accipit̃: expandens alas suas ad
austꝝ? Nunq̃d ad preceptũ tuũ eleuabitur
aquila: et ĩ arduis ponet nidũ suũ? In pe-
tris manet. et ĩ preruptis silicibꝫ ꝯmorat̃:
atqꝫ ĩ accessis rupibꝫ. Jñ ꝯtemplat̃ escaꝫ:
et delonge oculi eius ꝓspiciũt. Pulli eius
lambunt sanguinẽ: ⁊ vbicũqꝫ cadauer fue-
rit statim adest. Et adiecit dñs: et locutus
est ad iob. Nunq̃d qui ꝯtendit cũ deo: tam
facile ꝯquiescit? Vtiqꝫ qui arguit deũ debet
et respondere ei. Respondens aũt iob dño
dixit. Qui leuit̃ locutus sum. rñdere quid
possum? Manum meã ponam sup os meũ.
Vnum locutus sum qd̃ vtinaꝫ nõ dixissez:
et alteꝝ: quibꝫ vltra non addam.

¶ Capitulum. XXXX.

Respondens aũt dñs iob de turbine
dixit. Accinge sicut vir lũbos tu-
os: interrogabo te: ⁊ indica mihi.
Nunquid irritum facies iudicium meũ: et
cõdemnabis me vt iustificeris? Etsi habes
brachiũ sicut de⁹ et voce simili tonas: cir-
cumda tibi decorem et in sublime erigere:
et esto gloriosus ⁊ speciosus induere vesti-
bus. Disperge superbos in furore tuo et
confunde eos: et respiciens omnem arro-
gantem humilia. Respice cunctos supbos
et confunde eos: et contere impios in loco
suo. Absconde eos ĩ puluere simul: et faci-
es eorum demerge in foueam. et ego confi-
tebor ꝙ saluare te possit dextera tua. Ecce
behemoth quez feci tecũ: fenum quasi bos
comedet. Fortitudo eius in lumbis eius:
et virtus illius in vmbilico ventris eius.
Stringit caudam suã quasi cedrum: ner-
ui testiculoꝝ eius perplexi sunt. Ossa eius
velut fistule eris: cartilago illius quasi la-
mine ferree. Ipse est principium viaꝝ dei.
Qui fecit eũ applicabit gladiuꝫ eius: huic
mõtes herbas ferũt. Om̃es bestie agri lu-
dẽt ibi: sub vmbra dormit ĩ secreto calami.
in locis humẽtibꝫ. Protegũt vmbre vmbrã
eius: circũdabunt eũ salices torrẽtis. Ecce
absorbebit fluuiũ ⁊ nõ mirabit̃: ⁊ habꝫ fi-
duciã ꝙ influat iordanis ĩ os ei⁹. In ocu-
lis eius quasi hamo capiet eũ: ⁊ in sudibꝫ
ꝑforabit nares ei⁹. An extrahere poteris
leuiathan hamo: ⁊ fune ligabis linguã ei⁹
Nunq̃d pones circuluꝫ in naribꝫ eius: ar-
milla ꝑforabis maxillã eius? Nũquid mul-
tiplicabit ad te preces: vt loquet̃ tibi mol-
lia? Nunq̃d feriet tecũ pactũ: ⁊ accipies eũ
seruum sempiternuꝫ? Nunq̃d illudes ei q̃si
aui: aut ligabis eũ ancillis tuis? Cõcident
eũ amici: diuident illuꝫ negociatores. Nũ-
quid ĩplebis sagenas pelle eius: ⁊ gurgus-
tiũ pisciũ capite illius? Pones sup eũ ma-
num tuã? Memẽto belli: nec vlt̃ addas lo-
qui. Ecce spes ei⁹ frustrabit̃ eũ: ⁊ vidẽtibꝫ
cunctis p̃cipitabit̃. ¶ Capi. XXXXI.

Non quasi crudelis suscitabo eum.
Quis enim resistere potest vul-
tui meo: ⁊ quis ante dedit mihi vt
reddam ei? Omnia que sub celo sunt mea
sunt. Non parcam ei et verbis potenti-
bus: et ad deprecandum compositis. Quis
enim reuelabit faciem indumenti eius?

Et in medium oris eius qs inꝺbit: Portas vultus eius qs apiet: Per girum ꝺentium eius formiꝺo: corpus illius q̃si scuta fusilia. ꝙ ꝓpactũ squamis se ꝑmentibꝰ. Una uni ꝓiungit̃: ꝙ ne spiraculũ quitꝫ incedit ꝑ eas Una alteri aꝺherebit: et tenẽtes se nequaq̃ sepabũt̃. Sternutacõ ei⁹ splẽꝺor ignis. et oculi ei⁹ vt palpebre ꝺiluculi. De ore ei⁹ lampades ꝓcedũt. sicut tede ignis accense de maibꝰ eius ꝓcedit fumus: sicut olle succense atꝫ feruẽtes. Halitus ei⁹ prunas arꝺere facit: et flãma de ore eius egredit̃. In collo ei⁹ morabit̃ fortitudo: ꝙ facie ei⁹ pre cedit egestas. Mẽbra carniũ ei⁹ coherẽtia sibi. Mittet ꝓ̃ eũ fulmia. ꝙ ad locũ aliũ nõ ferent̃. Cor eius inꝺurabit̃ tanq̃ lapis: et stringet̃ q̃si malleatoris incus. Cũ sublat⁹ fuerit timebũt angeli: ꝙ territi purgabũt̃. Cũ apꝓhẽꝺerit eũ gladi⁹ subsistere ñ poterit: neq; hasta neq; toraꝝ. Reputabit enim q̃si paleas ferꝝ: ꝙ q̃si lignũ putriꝺũ es. Nõ fugabit eũ vir sagittari⁹: in stipulaꝝ versi sũt ei lapides funde. Quasi stipulã estimabit malliũ: ꝙ ꝺridebit vibrantẽ hastã. Sub ipso erũt raꝺij solis: et sternet sibi aurꝝ q̃si lutuꝝ. Feruescere faciet q̃si ollam ꝑfundũ mare: ponet q̃si cũ vngenta bulliũt. Post eũ lucebit semita: estimabit abissum quasi senescentẽ. Nõ est sup terrã pt̃as que ꝓpar̃ ei: qui factus ẽ vt nullũ timeret. Oñe sublime viꝺet: ipse est rex sup vniuersos filios superbie.

Capi. XXXXII.

Respondens aũt iob dño ꝺixit. Scio qꝝ oĩa potes: ꝙ nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat ꝓsiliũ absq; sciencia? Ideo insipienter locutus suꝫ. et que vltra modũ excederẽt sciencia meã. Audi ꝙ ego loq̃r: interrogabo te et rñde mihi. Auditu auris audiui te: nunc aũt ocul⁹ meus videt te. Ideirco ipe me repbendo: ꝙ ago pniaꝝ in fauilla ꝙ cinere. Postq̃ aũt locutus ẽ deus verba hec ad iob: ꝺixit ad eliphaꝝ themaiten. Iratus ẽ furor me⁹ in te et ī duos amicos tuos: qm̃ nõ estis locuti coram me rectũ sicut seru⁹ meus iob. Sumite ergo vobis septẽ thauros et septẽ arietes: ꝙ ite ad seruũ meũ iob: ꝙ offerte olocaustũ ꝑ vobis. Job aũt seruus me⁹ orabit ꝑ vobis. Faciẽ eius suscipiã: vt non vobis imputet̃ stulticia. Neq; enim locuti estis ad me recta: sicut seruus me⁹ iob. Abierũt ergo eliphas themanites ꝙ balꝺath suites ꝙ sophar naamathites ꝙ fecerũt sicut locutus fuerat dñs ad eos: et suscepit deus faciem iob. Dñs q̃ꝝ uersus est ad pniaꝝ iob: cum oraret ꝑ amicis suis. Et addidit dñs omia q̃cunq; fuerãt iob duplicia. Venerunt aũt ad eũ omnes fres sui et vniuerse sores sue et cuncti q̃ nouerãt eum pus: et ꝓmeberũt cũ eo panẽ in domo ei⁹. Et mouer̃t sup eũ caput: ꝙ ꝓsolati sunt eũ sup omni malo qꝺ intulerat dñs sup eũ: ꝙ ꝺederunt ei vnusq̃sq; ouem vnã ꝙ inaurez aureã vnam. Dñs aũt benedixit nouissimis iob magisq̃ principio ei⁹. Et facta sunt ei q̃tuorꝺecim milia ouiũ ꝙ sex milia camelorꝝ: ꝙ mille iuga boum. ꝙ mille azine: ꝙ fuerũt ei septez filij ꝙ tres filie. Et vocauit nomẽ vnius ꝺiem: et nomen secunꝺe cassiam: ꝙ nomen tercie cornustibij. Nõ sunt aũt inuẽte mlieres speciose sicuc filie iob: ī vniuersa tra. ꝺeditq; eis pr̃ suus hereꝺitatez inter fres eaꝝ. Vixit aũt iob post hec centũq̃ꝺraginta ānis: ꝙ viꝺit filios suos ꝙ filios filiorꝝ suorꝝ vsq; ad quartã generationẽ: ꝙ mortuus ẽ senex et plenus ꝺiebꝰ.

Explicit liber iob. Incipit plogus beati hieronimi presbiteri in psalterium.

Psalteriũ rome ꝺudũ posit⁹ emendarã: ꝙ iuxta septuagĩta interp̃tes. licz cursim. magna tñ ex pte correxerã. Qꝺ qꝝ rursũ videtis o paula ꝙ eu stochiũ scriptorꝝ vicio depuatũ. pluſq; antiquũ errorem q̃ nouã emẽdacõez valere: me cogitis vt veluti q̃ꝺã nouali. scissuz iã aruũ exerceã. et obliq̃s sulcis renascentes spinas eraꝺicẽ: equum esse ꝺicentes. vt qꝺ crebro pullulat crebrius succiꝺat̃. Vñ cõsueta p̃facõne ꝓmoneo taz vos quibꝰ forte labor iste ꝺesudat. q̃ eos q̃ exẽplaria istiusmõi hre voluerint: vt q̃ diligent̃ emẽdauerit: cũ cura ꝙ diligencia trãscribant̃. Notet sibi vnusq̃sq; vel iacentẽ lineaz. vl̃ radiãcia signa. id ẽ oboelos vl̃ astericos: ꝙ vbicũq; viderit ũgulaz p̃cedentẽ. ab ea vsq; ad duo puncta que impssimus. sciat in septuagĩta translatoribꝰ plus haberi: vbi aũt ꝑsperit stelle similitudiez. de hebreis voluminibꝰ abidtũ nouerit eq̃vsq; ad duo pũcta. iuxta theodotionis dumtaxat editionem:

qui simplicitate sermonis a septuaginta interpretibꝫ nō discordat. Hec ergo et vobis et studioso cuiqꝫ feciſſe me sciens. non ambigo multos fore. q̄ vel inuidia vel supercilio malent cōtemnere et videre p̄clara q̄ discere: et de turbulento magis riuo q̄ de puriſſimo fonte potare.

Explicit prologus. Incipit liber ymnorum vel soliloquiorum. ps. i.

Beatus vir qui non abijt ī consilio impiorum: et in via peccatorum nō stetit: et in cathedra pestilencie non sedit. Sed in lege domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanq̄ lignuz quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructuz suum dabit in tempore suo. Et folium eius nō defluet: et omnia quecunqꝫ faciet prosperabunt. Non sic impij non sic: sed tanq̄ puluis quez proicit ventus a facie terre. Ideo non resurgunt impij in iudicio: neqꝫ peccatores in consilio iustorum. Quoniā nouit dominus viam iustorum: et iter impiorum peribit. Psalmus dauid. ij.

Quare fremuerunt gentes: ⁊ populi meditati sunt inania? Astiterūt reges terre et principes conuenerunt in vnum: aduersus dominum et aduersus cristum eius. Dirumpamus vincula eoꝝ: et proiciamus a nobis iugum ipōrum. Qui habitat in celis irridebit eos: et dominus subsannabit eos. Tunc loquet ad eos in ira sua: et in furore suo conturbabit eos. Ego autez constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum eius: predicans preceptum eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me ⁊ dabo tibi gētes hereditatem tuam: et possessionem tuaz terminos terre. Reges eos in virga ferrea: ⁊ tanq̄ vas figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino ī timore: et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam: nequando iraſcatur dominus et pereatis de via iusta. Cum exarſerit ī breui ira eius: beati oīes qui pfidunt in eo.

Psalmus dauid cum fugeret a facie absalon filij sui. ps. iij.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi īsurgunt aduersuz me. Multi dicunt aīe mee: non est salus ipsi in deo eius. Tu autē domine susceptor me⁹ es: gloria mea et exaltans caput meum. Voce mea ad dominuz clamaui: ⁊ exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui ⁊ soporat⁹ sum: et exurrexi quia dominus suscepit me. Non timebo milia populi circumdantis me: exurge domine saluum me fac deus meus. Quoniam tu pcussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatoꝝ contriuisti. Domini est salus: et super populum tuuz benedictio tua. ps. iiij.

In finem in carminibꝫ psalmus dauid.

Cum inuocarem exaudiuit me deus iusticie mee: ī tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei: ⁊ exaudi orationem meam. Filij hominum vsqꝫ quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem et queritis mendaciū? Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suū: dñs exaudiet me cuz clamauero ad eum. Iraſcimini et nolite peccare: que dicitis ī cordibꝫ vr̄is ⁊ in cubilibꝫ vestris compungimini. Sacrificate sacrificium iusticie et sperate in domino: multi dicunt q̄s ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dediſti leticiam in corde meo. A fructu frumēti vini ⁊ olei sui: multiplicati sunt. In pace in idipsum: dormiam et requiescam. Quoniam tu domine. singulariter in spe: constituisti me.

In finem pro ea que hereditatem cōsequitur. psalmus dauid. ps. v.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Intende voci orationis mee: rex me⁹ et deus meus. Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te malignus: neqꝫ permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatē: perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Virum sanguinuz et dolosum abominabitur dominus: ego autem in multitudine misericordie tue.

Introibo in domuz tuaz: adorabo ad templum sanctū tuum in timore tuo. Dñe deduc me in iusticia tua: ꝓpter inimicos meos dirige in cōspectu tuo viam meā. Qm̄ non est in ore eorū veritas: cor eoꝝ vanuz est. Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis: ſm multitudinē impietatuz eoꝝ expelle eos: quoniaz irritauerunt te dñe. Et letentur omnes qui sperant in te: inetернū exultabunt et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te oēs qui diligunt nomen tuū: quoniam tu bñdices iusto. Dñe: vt scuto bone volūtatis tue coronasti nos. In finē in carminibz p octaua psalmus dd. VI

Dñe ne i furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miserere mei dñe quoniam infirmus sum: sana me dñe quoniaz ꝓturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: et tu dñe vsqquo? Conuertere dñe et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiā tuam. Quoniam nō est in morte qui memor sit tui: in inferno aūt quis confitebit tibi? Laboraui in gemitu meo: lauabo p singulas noctes lectuz meum: lacrimis meis stratum meū rigabo. Turbatus est a furore oculus me?: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniqtatem: qm̄ exaudiuit dñs vocē fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationē meam: dñs orationem meā suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer oēs inimici mei: cōuertant̄ et erubescant valde velociter.

In finem psalmus dauid quē cantauit dño pro verbis chusi filij Jemini. VII

Dñe deus meus in te speraui: saluuz me fac ex omnibz psequentibz me et libera me. Nequando rapiat vt leo animā meam: dū non est qui redimat neq; qui saluum faciat. Dñe deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibz meis. Si reddidi retribuentibz mihi mala: decidaz merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam et cōprehendat: et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerem deducat. Exurge dñe in ira tua: et exaltare in finibz inimicoꝝ meoꝝ. Exurge dñe deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populoꝝ circumdabit te. Et propt hanc in altum regredere: dñs iudicat populos. Judica me dñe ſm iusticiam meā: et ſm innocenciā meaz sup me. Consumetur nequicia peccatorum: et diriges iustum scrutans corda et renes deus. Justū adiutoriuz meū a dño: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis et paciēs: nunqd irascet̄ p singulos dies? Nisi conuersi fueritis gladiū suū vibrabit: arcū suum tetendit et parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibz effecit. Ecce parturit iniusticiā: concepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foueā quaz fecit. Conuertet̄ dolor eius in caput eius: et i verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor dño secundū iusticiaz ei?: et psallam nomini domini altissimi. VIII

In finez psalmus dauid p torcularibz.

Domine dñs noster: q̄ admirabile ē nomē tuuz in vniuersa tra. Quoniam eleuata ē magnificēcia tua: sup celos. Et ore infantium et lactantium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum et vltorem. Quoniam videbo celos tuos opa digitoꝝ tuoꝝ: lunā et stellas que tu fundasti. Quid est homo q̄ memor es eius: aut filius hominis qm̄ visitas eum? Minuisti eum paulomin? ab angelis: gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibz ei?: oues et boues vniuersas: insuper et pecora campi. Etolucres celi et pisces maris: qui pambulant semitas maris. Domine dñs noster: q̄ admirabile est nomen tuuz in vniuersa terra. IX

In finem p occultis filij. psalmus dauid.

Confitebor tibi domīe in toto corde meo: narrabo oīa mirabilia tua. Letabor et exultabo in te: psallaz nomini tuo altissime. In cōuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabunt̄ et pibunt a facie tua. Quoniā feciſti iudiciū meum et causam meaz: sedisti sup thronū qui iudicas iusticiaz. Increpasti gentes et periit impius: nomē eorum delesti inetернum et in seculū seculi. Inimici defecerūt

framee in finem: et ciuitates destruxisti. Perijt memoria eor cũ sonitu: et dñs ineternũ pmanet. Parauit in iudicio thronũ suũ: et ipse iudicabit orbez ẽre in equitate: iudicabit pplos ĩ iusticia. Et factus est dominus refugiũ paupi: adiutor ĩ oportunitatibo in tribulatione. Et sperent in te qui nouerũt nomen tuũ: qm̃ non dereliquisti querẽtes te dñe. Psallite dño q̃ habitat in syon: anũciate inf gentes studia ei9. Qm̃ reqrens sanguinez eor recordatus est: nõ est oblitus clamorẽ paupum. Miſere mei dñe: vide hũilitatez meã de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis: vt anũciem omnes laudationes tuas ĩ portis filie syon. Exaltabo ĩ salutari tuo: infixe sunt gentes ĩ interitu quẽ fecerunt. In laqueo isto quez absconderũt: oprehensus est pes eor. Cognoscetur dñs iudicia faciens: in opibo manuũ suarũ oprehensus est pcãor. Conuertant̃ peccatores in infernũ: omes gentes q̃ obliuiscunt̃ deum. Quoniã non in finem obliuio erit pauperis: paciencia pauperis nõ peribit in finem. Exurge dñe nõ pfortẽ homo: iudicent̃ gentes in conspectu tuo. Cõstitue dñe legislatorem sup eos: vt sciant gentes qm̃ homines sunt. Vt quid dñe recessisti longe: despicis in oportunitatibo in tribulatione. Cum superbit impius incenditur paup: oprehendunt̃ in cõsilijs quibo cogitant. Quoniã laudatur peccator in desideriis anime sue: et iniqu9 benedicitur. Exacerbauit dñm peccator: fm multitudinẽ ire sue nõ queret. Non est deus ĩ pspectu eius: ĩquinate sunt vie illi9 in omni tempe. Auferunt̃ iudicia tua a facie eius: oim inimicor suor dñabit̃. Dixit em̃ in corde suo: nõ mouebor a generatione ĩ generationẽ sine malo. Cui9 maledictione os plenũ est et amaritudĩe et dolo: sub lingua eius labor et dolor. Sedet ĩ insidijs cũ diuitibo ĩ occultis: vt ĩterficiat innocentẽ. Oculi eius ĩ paupem respiciũt: insidiat̃ in abscondito quasi leo ĩ spelunca sua. Insidiat̃ vt rapiat paupem: rapere pauperez dum attrahit eũ. In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se et cadet cum dñatus fuerit paupes. Dixit em̃ in corde suo oblitus est deus: auertit faciem suam ne videat in finẽ. Exurge dñe deus et exaltet̃ manus tua: ne obliuiscaris pauperũ.

Propter quid irritauit impius deũ: dixit em̃ in corde suo non requiret: Vides quoniam tu labore et dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelict9 est pauper: orphano tu eris adiutor. Cõtere brachium peccatoris et maligni: quere9 peccatũ illius et nõ inuenie9. Domin9 regnabit ineternũ et in seculũ seculi: pibitis gentes de terra illius. Desiderium pauperum exaudiuit dñs: prepationez cordis eorũ audiuit auris tua. Judicare pupillo et humili: vt nõ apponat vltra magnificare se homo super terram.

¶ In finem psalmus dauid. ✠

In dño confido quomõ dicitis anie mee: transmigra in montem sicut passer. Quoniam ecce peccatores intenderũt arcum: pauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent ĩ obscuro rectos corde. Qm̃ que pfecisti destruxerunt: iust9 aũt quid fecit: Dñs in templo sancto suo: dñs in celo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciũt: palpebre eius interrogãt filios hoim. Dñs interrogat iustum et impium: qui aũt diligit iniquitatẽ odit aiaz suã. Pluet sup peccatores laqueos: ignis et sulphur et spiritus procellar pars calicis eorũ. Quoniam iustus dominus et iusticias dilexit: equitatem vidit vultus ei9.

¶ In finem psalmus dauid p octaua. ✠

Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus: quoniam diminute sunt veritates a filijs hominuz. Vana locuti sunt vnusquisq; ad primum suum: labia dolosa in corde et corde locuti sunt. Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: et linguam magniloquaz. Qui dixerunt linguam nostraz magnificabim9: labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est: Propter miseriã inopum et gemitum paupes: nunc exurgam dicit dñs. Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo. Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatũ: probatuz terre purgatum septuplũ. Tu domine seruabis nos et custodies nos: a generatione hac ieternum. In circuitu impij ambulant: fm altitudinez tuam multiplicasti filios hoim.

¶ In finem psalmus dauid.

xii Usququo dñe obliuiscēris me in finem: usquq̄ auertēris faciē tuaz a me? Quamdiu ponaz ꝯsilia in aīa mea: dolorē in corde meo p diez? Usququo exaltabit inimicus meus sup me? respice et exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte: neqñ dicat inimicus meus pualui aduersus eum. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego aūt in misericordia tua speraui. Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo dño qui bona tribuit mihi: et psallam nomini dñi altissimi.

xiii ¶ In finem psalmus dauid.

Dixit insipiens in corde suo: nō est deꝰ. Corrupti sunt ⁊ abominabiles facti sūt in studijs suis: nō est qui faciat bonum nō est usq; ad vnuz. Dñs de celo psperit super filios hoīm: vt videat si est intelligēs aut requrens deū. Omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt: non est q̄ faciat bonū non est usq; ad vnū. Sepulcrū patens ē guttur eoꝝ: linguis suis dolose agebant: venenū aspiduz sub labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledictione et amaritudine plenū est: veloces pedes eoꝝ ad effūdendū sanguinē. Contricio ⁊ infelicitas in vijs eoꝝ: et viaz pacis nō cognouerūt: nō est timor dei añ oculos eoꝝ. Nōne cognoscent omnes qui opant iniquitatē: qui deuorant plebem meam sicut escam panis? Dñm non inuocauerūt: illic trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Qm̄ dñs in generatione iusta ē: ꝯsiliū inopis ꝯfudistis: qm̄ dñs spes eius est. Quis dabit ex syon salutare israhel? cū auerterit dñs captiuitatē plebis sue exultabit iacob et letabit̄ israhel.

xiiii ¶ In finem psalmus dauid.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut q̄s requiescet in monte sancto tuo? Qui īgreditur sine macula: et opat̄ iusticiaz. Qui loq̄tur veritatez in corde suo: qui nō egit dolū in lingua sua. Nec fecit primo suo malū: et opprobriū non accepit aduersus primos suos. Ad nihilū deductus est in ꝯspectu eiꝰ malignꝰ: timētes aūt dñm glorificat. Qui iurat primo suo ⁊ ñ decipit: q̄ pecuniā suam ñ dedit ad usurā: et munera sup innocentē nō accepit. Qui facit hec: nō mouebit̄ inꝯternū. ¶ Tituli īscriptio ipi dō.

xv Conserua me domine qm̄ speraui in te: dixi domino deus meus es tu: quoniā bonoꝝ meoruz non eges. Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ: postea accelerauerunt. Non ꝯgregabo ꝯuenticula eorū de sanguinibus: nec memor ero nominum eorū p labia mea. Dñs pars hereditatis mee ⁊ calicis mei: tu es qui restitues hereditatē meaz mihi. Funes ceciderūt mihi in preclaris: etenim hereditas mea p̄clara est mihi. Benedicaz dñm qui tribuit mihi intellectū: insup et usq; ad noctē increpuerunt me renes mei. Prouidebam dñm in cōspectu meo semp: qm̄ a dextris est mihi ne ꝯmouear. Propter hoc letatum est cor meū ⁊ exultauit lingua mea: insup ⁊ caro mea requiescet in spe. Quoniā non derelinques aīam meaz in inferno. nec dabis scm̄ tuū videre corruptionē. Notas mihi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cuz vultu tuo: delectationes in dextera tua usq; in finem.

xvi ¶ Oratio dauid.

Exaudi dñe iusticiaz meam: intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam: non in labijs dolosis. De vultu tuo iudiciū meuz prodeat: oculi tui videant equitatē. Probasti cor meum et visitasti nocte: igne me examinasti et non est inuenta in me iniq̄tas. Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueant̄ vestigia mea. Ego clamaui quoniaz exaudisti me deus: inclina aurē tuam mihi ⁊ exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas: q̄ saluos facis sperātes in te. A resistētibus dextere tue custodi me: vt pupillaz oculi. Sub umbra alarū tuaꝝ p̄tege me: a facie impioꝝ qui me afflixerūt. Inimici mei animaz meam circūdederunt: adipem suū ꝯcluserunt: os eoꝝ locutū est supbiā. Proicientes me nunc circūdederunt me: oculos suos statuerūt declinare in terrā. Susceperūt me sicut leo patus ad predā: et sicut catulus leonis habitans in abditis. Exurge dñe preueni eum et supplanta

eum:eripe aiam meaz ab impio:frameã tuã ab inimicis man? tue. Dñe a paucis de terra diuide eos in vita eoꝝ:ꝙ de abscõditis tuis adimpletus est venter eoꝝ. Saturati sunt filijs:et dimiserũt reliq̃as suas paruul' suis. Ego aũt in iustitia apparebo ꝓspectui tuo:saciabor cum apparuerit gloria tua.

In finem puero dñi dauid que locut? est dño verba cãtici hui? in die q̃ eripuit eũ dñs de manu omniũ inimicoꝝ ei? ꝙ de manu saul et dixit. XVII

Diligaz te dñe fortitudo mea:dñs firmamentũ meũ et refugiũ meũ et liberator meus. Deus meus adiutor meus:et sperabo in eum. Protector me? et cornu salutis mee:et susceptor meus. Laudans inuocabo dñm:et ab inimicis meis salu? ero. Circũdederũt me dolores mortis:ꝙ torrẽtes iniq̃tatis ꝓturbauerũt me. Dolores inferi circũdederũt me: ꝓoccupauer̃t me laquei mortis. In tribla tõe iuocaui dñm:et ad deũ meũ clamaui. Et exaudiuit de tẽplo scõ suo vocẽ meã: et clamor me? in ꝓspectu eius introiuit i aures ei?. Commota est ꝙ ꝓtremuit terra: fundamẽta montiũ ꝓturbata sunt ꝙ ꝓmota sũt:qm̃ irat? est eis. Ascẽdit fum? i ira eius:et ignis a facie ei? exarsit:carbones succensi sunt ab eo. Inclinauit celos ꝙ descendit:et caligo sub pedibꝫ ei?. Et ascendit sup cherubin ꝙ volauit:volauit super pẽnas ventoꝝ. Et posuit tenebras latibulum suũ. in circuitu ei? in tabnaculũ ei?: tenebrosa aqua i nubibꝫ aeris. Pre fulgore in ꝓspectu ei? nubes trãsierũt:grando ꝙ carbones ignis. Et intonuit de celo dñs:ꝙ altissim? dedit vocẽ suã:grndo ꝙ carbones ignis. Et misit sagittas suas et dissipauit eos:fulgura mltiplicauit et ꝓturbauit eos. Et apparuer̃t fontes aquaꝝ:ꝙ revelata sũt fundamẽta orbis terraꝝ. Ab increpatione tua dñe:ab inspiratõne spũs ire tue. Misit de sũmo et accepit me:ꝙ assumpsit me de aquis mltis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis ꝙ ab bijs q̃ oderunt me:qm̃ ꝓfortati sũt sup me. Preuenerũt me in die afflictionis mee:et fact? est dñs ptector me?. Et eduxit me in latitudinẽ: saluũ me fecit qm̃ voluit me. Et retribuet mihi dñs ꝛm iustitiã meã:et ꝛm puritatẽ manuum mearꝝ retribuet mihi. Quia custodiui vias dñi:nec ipie gessi a deo meo. Qm̃ omnia iudicia ei? in ꝓspectu meo:et iustitias ei? nõ repuli a me. Et ero immaculatus cũ eo:ꝙ observabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dñs ꝛm iustitiaz meã:ꝙ ꝛm puritatẽ manuũ mearꝝ in cõspectu oculoꝝ ei?. Cum sancto sanctus eris:ꝙ cũ viro innocẽte innocẽs eris. Et cũ electo elect? eris:et cũ puerso puerteris. Qm̃ tu populũ humilez saluum facies:et oculos supborꝝ hũiliabis. Qm̃ tu illumĩas lucernã meã dñe:deus me? illumĩa tenebras meas. Qm̃ i te eripiar a tẽptatione: et in deo meo trnsgrediar murꝝ. Deus me? impolluta via ei?:eloq̃a dñi igne examinata:ptector est oim sperantiũ in se. Qm̃ quis de? preter dñm:aut quis de? preter deũ nr̃m. Deus q̃ precinxit me virtute:et posuit imaculatã viã meã. Qui pfecit pedes meos tanq̃ ceruoꝝ:ꝙ sup excelsa statuẽs me. Qui docet man? meas ad preliũ:ꝙ posuisti vt arcũ ereum brachia mea. Et dedisti mihi ptectionẽ salutis tue:et dextera tua suscepit me. Et disciplĩa tua correxit me in finẽ:et disciplina tua ipa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me:et non sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos et ꝓpr̃hendã illos:et non quertar donec deficiant. Confringã illos nec poter̃t stare:cadẽt subtus pedes meos. Et pcinxisti me virtute ad belluz: et supplantasti insurgentes in me subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsũ: et odientes me disperdidisti. Clamauerũt nec erat qui saluos faceret ad dominum: nec exaudiuit eos. Et comminuaz eos in puluerem ante faciem venti:vt lutũ plateaꝝ delebo eos. Eripies me de contradictionibꝫ populi:constitues me in caput gentium. Popul? quem non cognoui seruiuit mihi:in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi:filij alieni inueterati sunt:et claudicauerũt a semitis suis. Viuit domin? ꝙ benedictus de? meus:et exaltetur deus salutis mee. De? qui das vindictas mihi et subdis popl̃os sub me:liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab insurgentibꝫ in me exaltabis me:a viro iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in nationibꝫ dñe:

et nomini tuo psalmum dicam. Magnificans salutes regis eius :et faciēs misericordiam christo suo dauid:et semini eius vsq; in seculum. In finē ps dauid.

xviii

Celi enarrant gloriam dei:et opera manuū eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbū et nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquele neq; sermones:q̄rum nō audiant voces eorum. In omnē terrā exiuit son? eorum:et in fines orbis terre verba eorū. In sole posuit tabernaculum suum:q ipse tanq; sponsus p̄cedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam: a summo celo egressio ei?. Et occursus ei? vsq; ad summuz ei?:nec est qui se abscondat a caloe ei?. Lex dñi īmaculata conuertēs animas:testimoniū dñi fidele sapientiam prestans paruulis. Justicias dñi recte letificantes corda:preceptū dñi lucidū illuminans oculos. Timor dñi sanctus pmanens in seculū seculi:iudicia dñi vera iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aur̄ et lapidē preciosum multū:et dulciora sup mel et fauū. Etenī seruus tuus custodit ea:in custodiendis illis retributio multa. Delicta q̄s ītelligit:ab occultis meis munda me:et ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dñati tunc immaculatus ero:q emūdabor a delicto maximo. Et erūt vt placeant eloquia oris mei:et meditatō cordis mei in p̄spectu tuo semp. Dñe adiutor meus:et redemptor meus.

In finem psalmus dauid.

xix

Exaudiat te dñs in die tribulatōis: protegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxiliū de sancto:et de sy-on tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui:q holocaustū tuū pingue fiat. Tribuat tibi fm cor tuū:et omne p̄silium tuū confirmet. Letabimur in salutari tuo:et in nomīe dei nr̄i magnificabimur. Impleat dominꝰ omnes petitiones tuas:nunc cognoui q̄m saluum fecit dñs christū suum. Exaudiet illum de celo sancto suo:in potentatibus salus dextre eius. Hij in curribus et hij in equis:nos aūt in nomine dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt et ceciderunt: nos autem surreximus et erecti sumus. Domine saluum fac regem:et exaudi nos in die in qua inuocauerimus te.

xx

In finem psalmus dauid.

Domine in virtute tua letabitur rex:et sup salutare tuū exultabit vehementer. Desiderium cordis ei? tribuisti ei:et voluntate labior̄ eius non fraudasti eum. Q̄m p̄ueneisti eum in benedictionib dulcedinis:posuisti in capite eius coronam de lapide p̄cioso. Vitam petijt a te et tribuisti ei:lōgitudinē dierū in seculum et in seculum seculi. Magna gl'ia eius in salutari tuo:gloriā et magnū decorem impones super eum. Q̄m dabis eū in bñdictionē in seculū seculi:letificab eū in gaudio cum vultu tuo. Q̄m rex sperat in dño:et in misericordia altissimi nō p̄mouebitur. Inueniat manus tua omnib inimicis tuis:dextera tua inueniat oēs qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tpe vult? tui:dñs in ira sua p̄turbabit eos:et deuorabit eos ignis. Fructū eorum de terra perdes:et semē eor̄ a filijs hoīm. Q̄m declinauerūt in te mala:cogitauerūt p̄silia que nō potuerūt stabilire. Q̄m pones eos dorsum:in reliquijs tuis prepparabis vultum eor̄. Exaltare dñe in virtute tua:cantabim? et psallem? virtutes tuas.

In finē ps dd̄ pro suscepto̅e matutina.

xxi
ad spem

Deus deus me? respice in me:quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictor̄ meorum. Deus meus clamabo p diem et non exaudies:et nocte et ñ ad insipientiā mihi. Tu aūt in sancto habitas:laus israhel. In te sperauerunt p̄res nostri:sperauerūt et liberasti eos. Ad te clamauerūt q saluī facti sunt: in te sperauerūt et ñ sunt confusi. Ego autē sum vermis et non homo:obprobriū hominū et abiectio plebis. Omnes videntes me deriserūt me:locuti sunt labijs et mouerūt caput. Sperauit in dño eripiat eum: saluum faciat eum q̄m vult eum. Quoniā tu es qui extraxisti me de vētre:spes mea ab uberib matris mee:in te proiect? sum ex vtero. De ventre matris mee deus me? es tu:ne discesseris a me. Q̄m tribulatio proxima est:quoniā non est qui adiuuet. Circumdederunt me vituli multi:thauri pingues obsederunt me. Aperuerunt sup me os suum:sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sū: et dispsa sunt oīa ossa mea. Factū est cor meū tanq̄ cera liquescēs: in medio ventris mei. Aruit tāq̄ testa virt⁹ mea: ꝛ lingua mea adhesit faucibꝫ meis: ꝛ in puluerem mortis deduxisti me. Qm̄ circūdederūt me canes mlti: psiliū maligntiū obsedit me. Foderūt man⁹ meas ꝛ pedes meos: dinūerauerūt oīa ossa mea. Ipsi vero psiderauerūt et inspexerūt me: diuiserūt sibi vestimēta mea: et sup vestem meā miserūt sortē. Tu aūt dne ne elōgaueris auxiliū tuū a me: ad defensionez meā pspice. Erue a framea de⁹ aīaz meā: et de manu canis vnicā meaz. Salua me ex ore leonis: et a cornibꝫ vnicornīū hūilitatē meā. Narrabo nomē tuū frībꝫ meis: in medio ecclesie laudabo te. Qui timetis dnm laudate eū: vniuersū semē iacob glorificate eū. Timeat eū oīe semē isrl: qm̄ nō spreuit neq̄ despexit deprecatōez pauperis. Nec auertit faciē suā a me: ꝛ cum clamarē ad eū exaudiuit me. Apud te laus mea in eccl̄ia magna: vota mea reddā in pspectu timentiū eū. Edēt paupes et saturabunt: ꝛ laudabūt dnm q̄ requirūt eū: viuent corda eor̄ in seculū seculi. Reminiscent et puertent ad dnm: vniuersi fines terre. Et adorabūt in pspctu ei⁹: vniuerse familie gentiū. Qm̄ dni est regnū: et ipse dnabit gentiū. Manducauerūt et adorauerūt oēs pīgues terre: in pspectu ei⁹ cadēt oēs q̄ descēdūt in terrā. Et aīa mea illi viuet: ꝛ semē meū seruiet ipsi. Annūciabitur dno generatio vētura: et annūciabūt celi iusticiā eius pplo q̄ nascet quē fecit dns.

¶ Psalmus Dauid.

XXII

Dom⁹ regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Sup aquā refectionis educauit me: aīam meā puertit. Deduxit me sup semitas iusticie: pp̄t nomē suū. Nam etsi ambl̄auero in medio vmbre mortis ñ timebo mala: qm̄ tu mecū es. Virga tua ꝛ baculꝰ tuus: ipa me psolata sunt. Parasti ī pspectu meo mēsam: aduersus eos q̄ tribulāt me. Impinguasti in oleo caput meum: et calix me⁹ inebriās q̄pclarus ē. Et misericordia tua subsequet me: omībꝫ diebꝫ vite mee. Et vt inhabitē ī domo dni: in longitudine dieruz.

¶ Psalmus dauid in prima sabbati.

XXIII

Domini est terra ꝛ plenitudo eius: orbis tra[illegible] et vniuersi qui hītant in eo. Quia ipse sup maria fundauit eū: ꝛ sup flūia prepauit eū. Quis ascēdit in montē dūi: aut q̄s stabit ī loco scō eius. Innocēs manibꝫ et mūdo corde: qui non accepit in vano aīmā suam: nec iurauit in dolo primo suo. Hic accipiet bñdictionē a dno: et misericordiā a deo salutari suo. Hec est generatio querentiū eū: querētiū faciē dei iacob. Attollite portas principes vras: ꝛ eleuamini porte eternales: et introibit rex glie. Quis est iste rex glie: dns fortis ꝛ potēs: dns potēs in prelio. Attollite portas prīcipes vras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glie. Quis ē iste rex glie: dns virtutū ipe est rex glie.

¶ In finem ps dauid.

XXIIII

Ad te dne leuaui aīmā meā: deus me⁹ in te pfido nō erubescā. Neq̄ irrideāt me īimici mei: etenī vniuersi q̄ sustinēt te nō confundent confundant oīes iniqua agētes: sup vacue. Vias tuas dne demōstra mihi: ꝛ semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua ꝛ doce me: q̄ tu es de⁹ saluator me⁹: ꝛ te sustinui tota die. Remīscere miserationum tuarꝫ dne: et misericordiarꝫ tuarꝫ q̄ a scl̄o sunt. Delicta iuuētutis mee ꝛ ignorātias meas: ne memineris. Secōm misericordiaz tuā memēto mei tu: pp̄t bonitatem tuaz dne. Dulcis et rect⁹ dns: pp̄ter hoc legē dabit delinqntibꝫ in via. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Vniuerse vie dni misericordia ꝛ veritas: requirentibꝫ testamentū ei⁹ ꝛ testimonia eius. Propter nomen tuū dne pp̄iciaberis peccato meo: multū est enī. Quis est hō qui timet dnm: legē statuit ei in via quā elegit. Aīa ei⁹ in bonis demorabit: et semē ei⁹ hereditabit terrā. Firmamentū est dns timētibus eū: et testamentū ipi⁹ vt manifestet illis. Ocl̄i mei sp ad dnm: qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice ī me et miserere mei: q̄ vnic⁹ ꝛ paup sum ego. Tribulatōnes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibꝫ meis erue me. Vide hūilitatem meā ꝛ laborē meū: et dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos q̄niam mltiplicati sūt: ꝛ odio iniq̄ odert me. Custodi aīmā meā ꝛ erue me: nō erubescaz

quoniam speraui in te. Innocentes et recti adheserunt mihi: q; sustinui te. Libera deus israhel: ex omnib; tribulatōib; suis.

¶ Psalmus Dauid.

XXV

Iudica me dñe qm̄ ego in innocēcia mea ingressus sum: et in dño sperans ñ infirmabor. Proba me dñe et tēpta me: ure renes meos 7 cor meum. Qm̄ misc̄dia tua ante oculos meos ē: et placui in veritate tua. Non sedi cum pcilio vanitatis: et cum iniqua gerentib; nō introibo. Odiui eccl̄iam malignantiū: et cuz impijs nō sedebo. Lauabo inter innocētes manus meas: et circūdabo altare tuū dñe. Ut audiā vocem laudis: 7 enarrem vniuersa mirabilia tua. Dñe dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue. Ne perdas cum impijs de⁹ animam meam: et cum viris sanguinū vitaz meam. In quor manib; iniquitates sūt: dextera eor repleta est muneribus. Ego aut in innocentia mea ingressus sum: redime me 7 miserere mei. Pes enī meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine.

¶ In finē psalmus dauid priusq; liniret.

XXVI

Dominus illuminatio mea et salus mea: quē timebo. Dominus protector vite mee: a quo trepidabo? Dū appropiant sup me nocentes: 7 edant carnes meas. Qui tribulāt me inimici mei: ipi infirmati sunt et ceciderūt. Si psistant aduersum me castra: non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prelium: in hoc ego sperabo. Vnam pecij a dño hanc requirā: vt inhabitē in domo dñi omib; diebus vite mee. Ut videam voluntatē dñi: et visitem templuz eius. Qm̄ abscondit me in tabernaculo suo in die maloruz: protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput meuz super inimicos meos. Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiaz vicifera-tionis: cantabo et psalmum dicam dño. Exaudi dñe vocem meaz qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciez tuam dñe requirā. Ne auertas faciez tuā a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto ne derelinquas me: neq; despicias me deus salutaris meus. Qm̄ pat meus et mr̄ mea dereliquerūt me: dñs aut assumpsit me. Legez pone mihi dñe in via tua: et dirige me in semita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Credo videre bona domī: in terra viuentium. Expecta dominuz virilit̄ age: 7 portet̄ cor tuū 7 sustine dñm.

¶ Psalmus ipsi Dauid.

XXVII

Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me: neq̄do taceas a me: et assimulabor descēdentib; in lacum. Exaudi dñe vocem deprecatōis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctuz tuum. Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordib; eor. Da illis ſm opera eorum: et ſm nequiciam adinuentionum ipsor. Scōm opera manuum eor tribue illis: redde retributionem eor ipsis. Qm̄ non intellexerūt opera dñi 7 ī opera manuum eius: destrues illos et ñ edificabis eos. Benedictus dñs: qm̄ exaudiuit vocez deprecationis mee. Dñs adiutor meus et protector meus: 7 in ipso sperauit cor meum et adiut⁹ sum. Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea pfitebor ei. Dñs fortitudo plebis sue: et protector saluationū cristi sui est. Saluum fac populum tuum dñe et benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vsq; ineternum.

¶ Psalmus dauid in consummatione tabernaculi.

XXVIII

Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum. Afferte domino gloriam et honorem: afferte domino gloriaz nomini eius adorate dominum in atrio sancto eius. Vox domini super aquas: deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas. Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia. Vox domini pfringentis cedros: 7 confringet domin⁹ cedros libani. Et comminuet eos tanq̄ vitulū libani: et dilect⁹ quēadmodū filius vnicorniuz. Vox domī

intercidentis flammā ignis: vox dñi pcucientis deserti: et pmouebit dñs desertuz cades. Vox dñi preparātis ceruos 7 reuelabit pdensa: 7 in tēplo ei⁹ oēs dicēt glīaz. Dñs diluuiū inhītare facit: 7 sedebit dñs rex ineternū. Dñs vtutē plo suo dabit: dñs benedicet plo suo in pace.

¶ Psalmus cātici in dedicatōe dom⁹ dd.

XXIX

EXaltabo te dñe qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Dñe de⁹ meus clamaui ad te: et sanasti me. Dñe eduxisti ab inferno animā meā: saluasti me a descendentib⁹ in lacū. Psallite dño sc̄i eius: et cōfitemini memorie sanctitatis ei⁹. Qm̄ ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius. Ad vespez demorabit fletus: et ad matutinū leticia. Ego autē dixi in abundantia mea: non moueboz ineternū. Dñe: in voluntate tua prestitisti decori meo virtutē. Auertisti faciē tuam a me: et factus sum conturbat⁹. Ad te dñe clamabo: et ad deū meuz deprcaboz. Que vtilitas in sanguine meo: dum descēdo in corruptionē. Nunqd pfitebit tibi pulvis: aut annūciabit veritatem tuam. Audiuit dñs et misertus est mei: dñs factus est adiutoz meus. Conuertisti planctū meū in gaudiū mihi: pscidisti saccū meū: 7 circūdedisti me leticia. Et cantet tibi gloria mea et ñ pungar: dñe deus meus ineternū pfitebor tibi.

¶ In finem ps dauid pro extasi.

XXX

IN te dñe spaui ñ pfūdar ieternū: in iusticia tua libera me. Inclina ad me aurē tuaz: accelera vt eruas me. Esto mihi in deum protectorē et in domū refugij: vt saluū me facias. Qm̄ fortitudo mea 7 refugiū meū es tu: et pp̄ nomē tuū deduces me et enutries me. Educes me de laqueo quē abscōderūt mihi: qm̄ tu es protector meus. In manus tuas cōmendo spiritū meū: redemisti me dñe de⁹ veritatis. Odisti obseruantes vanitates: super vacue. Ego aūt in dño speraui: exultabo et letabor in misericordia tua. Qm̄ respexisti humilitatē meam saluasti ō necessitatib⁹ animā meam. Nec pclusisti me in manib⁹ inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos. Miserere mei dñe qm̄ tribulor: pturbatus est in ira oculus meus: anima mea et venter meus. Qm̄ defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitib⁹. Infirmata est in pauptate virtus mea: et ossa mea pturbata sunt. Sup omnes inimicos meos factus suz obprobriū vicinis meis valde: et timor notis meis. Qui videbant me fugerūt a me: obliuioni dat⁹ sū tanq̄ mortuus a corde. Factus suz tanq̄ vas pditū: qm̄ audiui vitupationē multoz pmorantiū in circuitu. In eo dum pueni rent sil aduersum me: accipe animā meā. cōsiliati sunt. Ego aūt in te speraui dñe: dixi deus meus es tu: in manib⁹ tuis sortes mee. Eripe me de manu inimicoz meoz: et a psequētib⁹ me. Illustra faciē tuaz sup seruū tuū: saluū me fac ī misericordia tua: dñe non pfundar qm̄ inuocaui te. Erubescant impij et deducant in infernū: muta fiant labia dolosa. Que loquunt aduersus iustū iniquitatē: in supbia et in abusione. Quāmagna multitudo dulcedinis tue dñe: quā abscondisti timētib⁹ te. Perfecisti eis qui spērāt in te: in pspectu filioz⁹ hominū. Abscondes eos in abscondito faciei tue: a pturbatione hominum. Protoges eos in tabnaculo tuo: a ptradictione linguaz. Bñdictus dñs: qm̄ mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Ego aūt dixi in excessu mentis mee: proiectus sum a facie oculoz tuoz. Ideo exaudisti vocem oronis mee: dum clamarē ad te. Diligite dñm omnes sancti eius: qm̄ veritatē requiret dñs: 7 rtribuet abundant faciētib⁹ superbiaz. Viriliter agite et pfortet cor vr̄m: omnes qui speratis in dño.

¶ Intellectus dauid. XXXI

BEati quoz remisse sunt iniquitates: et quoz tecta sunt peccata. Beat⁹ vir cui nō imputauit dñs peccatū: nec est in spiritu eius dolus. Qm̄ tacui inueterauerūt ossa mea: dū clamarē tota die. Qm̄ die ac nocte gravata est super me manus tua: cōuersus sum in erumna mea dū pfigit spina. Delictū meū pgnitū tibi feci: et iniusticiā meam non abscōdi. Dixi pfitebor aduersum me iniusticiam meā dño: et tu remisisti impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sc̄us: in tēpore oportuno. Verūtamen in diluuio aquaz multarū: ad eum non approximabunt. Tu es refugiū meum a tribulatione

que circūdedit me:exultatō mea erue me a circūdantibꝫ me. Intellectū tibi dabo et instruaz te:in via hac q̄ gdieris firmabo sup te oc'os meos. Nolite fieri sicut equꝰ et mulus:quibus non est intellectus. In chamo et freno maxillas eoꝝ pstringe:q̄ nō approximāt ad te. Mlta flagella peccatoris:sperantē aī in dño miscdia circūdabit. Letamini in dño et exultate iusti:et gloriamini omes recti corde.

℣ In finem psalmus dauid.

xxxiv

EXultate iusti in dño:rectos decet collaudatio. Confitemī dño in cithara:in psalterio decē cordarum psallite illi. Cātate ei canticū nouū:bene psallite ei in vociferatōne. Quia rectū est verbū dñi:et omia opera eiꝰ in fide. Diligit misdiaz et iudiciū:misdia dñi plena est terra. Verbo dñi celi firmati sūt:z spū oris eius omis virtꝰ eoꝝ. Congregās sicut in vtre aqs maris:ponēs in thesauris abyssos. Timeat dñm omis terra:ab eo aī pmoueanī oes inhabitātes orbē. Qm ipe dixit et facta sunt:ipse mādauit et creata sunt. Dns dissipat psilia gentiū:reprobat aūt cogitatōnes pꝛlꝝ:et reprobat cōsilia pncipū. Cōsiliū aūt dñi inetернū manet: cogitatōnes cordis eius in generatōnez et generatōnem. Beata gens cuiꝰ est dns deꝰ eius:pꝛlus quem elegit in hereditatē sibi. De celo respexit dns:vidit oes filios hominū. De preparato habitacl'o suo:respexit sup oes qui habitāt terrā. Qui finxit singillatim corda eoꝝ:qui intelligit omia opera eoꝝ. Non saluaī rex p multā virtutem:et gygas ñ saluabiī in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutem:in abundantia aūt virtutis sue nō saluabitur. Ecce oculi dñi sup metuētes eum:et in eis qui sperāt super misericordia eius. Ut eruat a morte animas eoꝝ:et alat eos in fame. Anima nostra sustinet dominū: quoniam adiutor et protector noster est. Quia in eo letabitur cor nostrū:et in nomine sancto eius sperauimus. Fiat misericordia tua domine super nos:quemadmodum sperauimus in te.

℣ Psalmus dauid cum mutauit vultū suum coram abimelech et dimisit eū et abijt.

xxxiv

BEnedicaz dñm in omi tpe:semp laus eiꝰ ī ore meo. In dño laudabiī ania mea:audiāt mansueti et letenī. Magnificate dñm mecū:et exaltemus nomē eius in idipm. Exqsiui dñm et exaudiuit me:et ex omnibꝫ tribulatōnibꝫ meis eripuit me. Accedite ad eū z illuminamini:et facies vre nō pfundentur. Iste paup clamauit et dns exaudiuit eū:et de omibꝫ tribulatōibꝫ eiꝰ saluauit eū. Immit tet angelꝰ dñi in circuitu timentiū eū:et eripiet eos. Gustate et videte qm suauis ē dns:bt̄s vir qui sperat ī eo. Timete dñm omes sācti eiꝰ:qm nō est inopia timētibꝫ eum. Diuites egerūt et esurierūt:inquirētes aūt dñm ñ minuenī omi bono. Clenite filij audite me:timorem dñi docebo vos. Quis est homo q̄ vult vitam:diligit dies videre bonos? Prohibe linguā tuam a malo:z labia tua ne loqnī dolū. Diuerte a malo et fac bonū:inquire pacē z psequere eam. Oculi dñi sup iustos:et aures eiꝰ in preces eoꝝ. Vultus autē dñi sup facientes mala:vt pdat de terra memoriam eoꝝ. Clamauerunt iusti et dns exaudiuit eos:et ex omibꝫ tribulatōnibꝫ eoꝝ liberauit eos. Iuxta est dns his q̄ tribulato sūt corde:et humiles spū saluabit. Multe tribulatōes iustoꝝ:et de his omibꝫ liberabit eos dns. Custodit dns oia ossa eoꝝ:vnuz ex his ñ ptereī. Mors peccatoꝝ pessima: et qui oderunt iustū delinquent. Redimet dns animas seruoꝝ suoꝝ:et nō delinqnt omes qui sperant in eo.

℣ In finem psalmus ipsi dauid.

xxxv

IUdica dñe nocentes me:expugna impugntes me. Apprehende arma z scutū:z exurge ī adiutoriū mihi. Effunde frameaz z pclude aduersus eos q̄ psequunī me:dic anie mee salus tua ego sum. Confundātur z reuereātur:qrentes animā meaz. Auertātur retrorsuz z pfundanī:cogitātes mihi mala. Fiant tanq̄ puluis añ faciē venti:et angelꝰ dñi coartans eos. Fiat via illoꝝ tenebre et lubricum:et angelꝰ dñi psequens eos. Qm gratis abscondert mihi interitū laquei sui:sup vacue exprobrauerūt animā meā. Veniat illi laqueꝰ quē ignorat:z captō quā abscōdit apprehēdat eum:z in laqueū cadat in ipso. Ania aūt mea exultabit in dño:z letabiī

sup salutari suo. Omnia ossa mea dicent: dñe qs sil'is tibi? Eripiens inopem de manu fortior ei?: egenū ⁊ pauperē a diripientib eū. Surgētes testes iniqui: que ig̃rabant interrogabant me. Retribuebant mihi mala p bonis: sterilitatē aīe mee. Ego aūt cū mihi molesti essent: induebar cilicio. Humiliabaz in ieiunio aīaz meā: ⁊ oro mea in sinu meo conuertet. Quasi primū q̃si frem nr̃m sic placebā: q̃si lugens et contristat? sic humiliabar. Et aduersū me letati sūt et conuenert: congregati sūt sup me flagella et ignorabi. Dissipati sūt nec cōpūcti: tēptauert me subsannauert me subsannatōe: frēduerūt sup me dentib suis. Dñe q̃n respicies: r̃stitue aīaz meā a malignitate eor: a leonib vnicā meā. Confitebor tibi in eccl'ia magna: in pl'o graui laudabo te. Non supgaudeant mihi q̃ aduersant mihi iniq̃: q̃ odert me g̃tis et annuūt ocul'. Qm̃ mihi q̃dez pacifice loquebant: ⁊ in iracūdia t̃re loq̃ntes dolos cogitabāt. Et dilatauert sup me os suū: dix ert euge euge vidert ocl'i nr̃i. Vidisti dñe ne sileas: dñe ne discedas a me. Exurge et intēde iudicio meo deus me? ⁊ dñs me? in causaz meā. Judica me fm iusticiā tuam dñe deus me?: et ñ supgaudeāt mihi. Non dicāt ī cordib suis euge euge aīe nr̃e: nec dicāt deuorabim? eū. Erubescāt ⁊ reverean simul: q̃ g̃tulant mal' meis. Induant confusiōe et reuerētia: q̃ malig̃ loquñt sup me. Exultēt ⁊ letēt q̃ volūt iusticiā meā: ⁊ dicāt sp magnificet dñs q̃ volūt pacē fui ei?. Et lingua mea meditabit iusticiā tuā: tota die laudē tuā.

In finē fmo dñi dō

xxxv

Dixit iniust? vt delinq̃t ī semetipo: nō est timor dei añ oc'los ei?. Qm̃ dolose egit ī cōspectu ei?: vt inueniat iniq̃tas ei? ad odiū. Verba oris eius iniq̃tas ⁊ dol?: noluit intelligē vt bñageret. Iniq̃tatē meditat?ē in cubili suo: astitit omi vie ñ bone: malicia aūt nō odiuit. Dñe ī celo misericordia tua: ⁊ veritas tua vsz ad nubes. Justicia tua sicut mōtes dei: iudicia tua abyssus ml'ta. Homines et iumēta saluab dñe: quēadmodū ml'tiplicasti misericordiā tuam deus. Filij aūt hoim: in tegimine alaz tuaz sperabūt. Inebriabuntur ab vbertate dom? tue: ⁊ torrēte voluptatis tue potab eos. Qm̃ apd te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen. Pretēde dñe misericordiaz sitiētib te: et iusticiam tuā bijs q̃ recto sunt corde. Non veniat mihi pes superbie: et man? pctoris non moueat me. Ibi ceciderūt oēs q̃ operant iniq̃tatē: expulsi sunt nec potuert stare.

xxxvi Psalmus ipsi dauid.

Noli emulari in malignātib: neq; zelaueris faciētes iniquitatē. Qm̃ tanq̃ fenū velocit arescēt: ⁊ quēadmodū olera herbaz cito decidēt. Spera in dño et fac bonitatē: et inhabita terrā ⁊ pasceris ī diviciis ei?. Delectare in dño: et dabit tibi petitiones cordis tui. Revela dño viam tuam ⁊ spera in eo: et ipse faciet. Et educet q̃si lumē iusticiā tuā: ⁊ iudiciū tuū tanq̃ meridiē: subdit? esto dño et ora eū. Noli emulari in eo q̃ prosperat in via sua: et in hoīe faciēte iniusticias. Desine ab ira et derelinque furorē: noli emulari vt malignaris. Qm̃ qui malignantur exterminabunt: sustinentes aūt dñm ipsi hereditabūt terrā. Et adhuc pusillū et nō erit peccator: et queres locū ei? et ñ invenies. Mansueti autē hereditabūt terrā: et delectabunt in multitudīe pacis. Obsuabit pctor iustū: et stridebit sup eum dētib suis. Dñs aūt irridebit eū: qm̃ prospicit q̃ veniet dies eius. Gladiū euaginauert pectatores: intēderūt arcū suū. Ut decipiant pauperē et inopem: vt trucidēt rectos corde. Gladius eius intret in corda ipsor: et arcus eor confringet. Melius est modicum iusto: sup diuicias pctorum multas. Qm̃ brachia peccator confrent: confirmat aūt iustos dñs. Novit dñs dies immaculator: et hereditas eor ineternū erit. Non confundētur in tpe malo: et in diebs famis saturabuntur: qz pctores peribūt. Inimici vero dñi mox vt honorificati fuerint ⁊ exaltati: deficiētes quēadmodū fum? deficient. Mutuabit pctor et ñ solvet: iustus autez miseret et tribuet. Quia benedicētes ei hereditabūt terrā: maledicētes aūt ei disperibunt. Apud dñm gressus hoīs dirigēt: et viā ei? volet. Cum ceciderit nō collidet: qz dñs supponit manū suā. Junior fui etenim senui: ⁊ nō vidi iustū derelictū: nec semen eius querēs panē. Tota die miseretur et commodat: et semē illius in benedictōne erit.

Declina a malo ⁊ fac bonum: et inhabita in seculū seculi. Quia dñs amat iudiciuz: et non derelinquet sanctos suos: ineternū ꝓseruabunt. Iniusti punientur: et semen impioꝝ peribit. Justi aũt hereditabũt terram: et inhabitabũt in seculū seculi super eam. Os iusti meditabit sapientiã: et lingua eius loquet iudicium. Lex dei eius in corde ipsius: et nõ supplantabunt gressus eius. Considerat peccator iustū: et querit mortificare eū. Dñs autē non derelinquet eū in manibꝰ eius: nec damnabit eū cū iudicabit illi. Expecta dñm et custodi viam eius: et exaltabit te vt hereditate capias terrã: cū perierint peccatores videbis. Eli di impiū superexaltatū: et eleuatum sicut cedros libani. Et trãsiui et ecce non erat: quesiui eum et nõ est inuentus locus eiꝰ. Custodi innocentiã et vidi equitatē: qm̃ sunt reliquie homi pacifico. Iniusti autē disperibũt: sil' reliquie impioꝝ interibũt. Salus aũt iustoꝝ a dño: ⁊ ꝓtector eoꝝ in tpe tribulatõnis. Et adiuuabit eos dñs ⁊ liberabit eos: et eruet eos a peccatoribꝰ: et saluabit eos qz sperauerunt in eo.

¶ Psalmus dd in rememoratõe sabbati.

xxxvii

Domine ne in furore tuo arguas me: neqz in ira tua corripias me. Qm̃ sagitte tue infixe sunt mihi: et ꝓfirmasti super me manuz tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: ñ est pax ossibꝰ meis a facie peccatoꝝ meorum. Qm̃ iniquitates mee supergresse sũt caput meũ: et sicut onus gue grauate sunt sup me. Putruerũt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiẽtie mee. Miser factus sum ⁊ curuatus sum vsq; ī finē: tota die ꝓtristat' ingrediebar. Qm̃ lumbi mei ipleti sunt illusionibꝰ: ⁊ nõ est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebã a gemitu cordis mei. Dñe ante te omne desideriuz meũ: et gemitus meus a te nõ est absconditꝰ. Cor meũ ꝓturbatũ est: dereliquit me virtus mea: et lumen oculoꝝ meoꝝ ⁊ ipm non est mecũ. Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterũt. Et qui iuxta me erãt delonge steterũt: et vim faciebãt qui querebãt animã meã. Et qui inquirebãt mala mihi locuti sũt vanitates: et dolos tota die meditabãtur. Ego aũt tanq̃ surdus non audiebaz: et sicut mutus nõ aperiens os suuz. Et factus sum sicut hõ non audiens: et non habens in ore suo redargutõnes. Qm̃ in te dñe speraui: tu exaudies dñe deus meus. Quia dixi neqñdo supergaudeant mihi inimici mei: et dum ꝓmouẽtur pedes mei: super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meaz annunciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatez. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutoriũm meum: domine deus salutis mee.

xxxviii

¶ In finem pro ydithun canticũ dauid.

Dixi custodiam vias meas: vt non delinquaz in lĩgua mea. Posui oi meo custodiaz: cum ꝓsisteret peccator aduersum me. Obmutui et humiliatus sum et silui a bonis: et dolor meꝰ renouatus est. Concaluit cor meum intra me: et in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lĩgua mea: notum fac mihi domine finem meum. Et numeruz dierum meorum quis est: vt sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et substantia mea tanq̃ nihilum ante te. Ueruntamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens. Ueruntamen in ymagine pertrãsit homo: sed ⁊ frustra conturbatur. Thesaurizat: et ignorat cui congregabit ea. Et nunc que est expectatio mea nõne dominus: et substantia mea apud te est. Ab omnibꝰ iniquitatibꝰ meis erue me: obprobrium insipienti dedisti me. Obmutui et non aperui os meum: quoniam tu fecisti amoue a me plagas tuas. A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibꝰ: propter iniquitatem corripuisti hominẽ. Et tabescere fecisti sicut araneam animaz eius: veruntamen vane conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam dñe:

et deprecatōnem meam auribꝫ pcipe lacrimas meas. Ne sileas qm̄ aduena ego sum apud te: et pegrin⁹ sicut oēs pres mei. Remitte mihi vt refrigerer priusq̄ abeā: et amplius non ero.

xxxix

In finem psalm⁹ dauid.

Expectans expectaui dñm: ⁊ intēdit mihi. Et exaudiuit preces meas: ⁊ eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit sup petram pedes meos: ⁊ direxit gressus meos. Et immisit in os meū canticū nouū: carmē deo nr̄o. Videbūt multi et timebūt: et sperabūt in dño. Beatus vir cui⁹ē nomē dñi spes ei⁹: et nō respexit ī vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu dñe deus mirabilia tua: et cogitatōnibꝫ tuis ñ est qui silis sit tibi. Annūciaui et locutus sum: multiplicati sunt super nūer. Sacrificiū et oblationē noluisti: aures aūt pfecisti mihi. Holocaustū et pro peccato ñ postulasti: tūc dixi ecce venio. In capite libri scriptū est de me vt facerē voluntatē tuam: deus meus volui et legē tuam in medio cordis mei. Annūciaui iusticiā tuam in ecclesia magna: ecce labia mea ñ phibebo dñe tu scisti. Justiciā tuaz ñ abscōdi in corde meo: veritatē tuam et salutare tuuz dixi. Non abscondi misericordiā tuam et veritatem tuam: a pcilio multo. Tu aūt dñe ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia et veritas tua semp suscepert me. Qm̄ circūdederūt me mala quor ñ est numerus: pprehēderūt me iniquitates mee: ⁊ ñ potui vt viderē. Multiplicate sunt super capillos capitis mei: et cor meuz dereliquit me. Complaceat tibi dñe vt eruas me: dñe ad adiuuandū me respice. Confūdant̄ et reuereant̄ sil̄: qui querūt animā meā vt auferāt eam. Auertant̄ retrorsuz et reuereant̄: qui volunt mihi mala. Ferant pfestim pfusionem suam: qui dicunt mihi euge euge. Exultent et letentur sup te omnes querentes te: et dicant semper magnificetur dñs qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum et pauper: dñs sollicitus est mei. Adiutor meus et protector me⁹ tu es: deus meus ne tardaueris.

xl

In finem psalmus Dauid. Intellectus filijs chore.

ad cōpletoriū

Beatus qui intelligit sup egenū et pauperē: in die mala liberabit eū dñs. Dñs pseruet euz et viuificet eum: et beatū faciet eū in terra: et nō tradat eū in animā inimicor ei⁹. Dñs opem ferat illi sup lectū doloris eius: vniuersuz stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi dñe miserere mei: sana animam meā qr peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala mihi: qm̄ morietꝫ ⁊ peribit nomē ei⁹: Etsi ingrediebaꝫ vt videret vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatē sibi. Egrediebaꝫ foras: et loquebaꝫ in idipsū. Aduersum me susurrabāt oēs inimici mei: aduersuz me cogitabant mala mihi. Verbuz iniquū pstituerūt aduersum me: nunquid qui dormit nō adiciet vt resurgat: Etenī homo pacis mee in q̄ speraui: qui edebat panes meos magnificauit sup me supplātationē. Tu aūt dñe miserē mei: et resuscita me et retribuā eis. In hoc cognoui qm̄ voluisti me: qm̄ non gaudebit inimic⁹ meus sup me. Me aūt ppter innocentiaz suscepisti: et confirmasti me in pspectu tuo ineternū. Bñdictus dñs deus isr̄l a seculo et in seculum: fiat fiat.

xli

In finē intellectus filijs chore. ps dō.

Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquar: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anīa mea ad deū fontē viuum: qm̄ veniam et apparebo ante faciē dei: Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum et effudi in me animam meam: qm̄ transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq̄ ad domū dei. In voce exultationis et confessionis: sonus epulantis. Quare tristis es anima mea: ⁊ quare conturbas me: Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus me⁹. Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui ō terra iordanis et hermonijm a monte modico. Abissus abissum inuocat: in voce catharactarum tuar. Omīa excelsa tua et fluct⁹ tui: sup me trānsierūt. In die mādauit dñs misericordiaz suam: et nocte canticum eius. Apud me oro deo vite mee: dicaz deo susceptor me⁹ es. Quare oblitus es mei: et q̄re contristat⁹

incedo dum affligit me inimicus: Dum ꝓfringũtur ossa mea: exprobrauerũt mihi qui tribulãt me inimici mei. Dum dicunt mihi p singl'os dies ubi est deus tuus: q̃re tristis es aĩa mea ⁊ quare ꝓturbas me: Spera in deo qm̃ adhuc ꝓfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.

¶ In finem psalmus dauid.

Iudica me deus et discerne causã meã de gente nõ sancta: ab homĩe iniquo ⁊ doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: q̃re me repulisti et q̃re tristis incedo dum affligit me inimicus: Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuã: ipsa me deduxerũt et adduxerũt in montẽ sanctũ tuũ et in tabernacla tua. Et introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutem meã. Confitebor tibi in cithara deus deus meus: q̃re tristis es aĩa mea et q̃re ꝓturbas me: Spera in deo qm̃ adhuc ꝓfitebor illi: salutare vultꝰ mei et deus meꝰ.

¶ In finẽ pro filijs chore ĩtellectꝰ ꝑs dd.

Deus auribꝫ nr̃is audiuimus: pres nr̃i annũciauerunt nob. Opus qd operatꝰ es in diebꝫ eor: et in diebꝫ antiquis. Manꝰ tua gentes disperdidit et plantasti eos: afflixisti pl'os et expulisti eos. Nec enĩ in gladio suo possederũt trã: et brachiũ eor ñ saluauit eos. Sed dextera tua ⁊ brachiũ tuũ et illuĩatio vultꝰ tui: qm̃ ꝓplacuisti in eis. Tu es ipse rex meus et deus meꝰ: qui mãdas salutes iacob. In te inimicos nr̃os ventilabimꝰ cornu: et in nomine tuo spernemꝰ insurgẽtes in nob. Nõ enĩ in arcu meo spabo: ⁊ gladius meꝰ nõ saluabit me. Saluasti enĩ nos de affligentibꝫ nos: et odientes nos ꝓfudisti. In deo laudabimur tota die: et in noĩe tuo ꝓfitebimur ĩ seculũ. Nũc aũ repulisti ⁊ ꝓfudisti nos: ⁊ nõ egredieris deus ĩ virtutibꝫ nr̃is. Auertisti nos retrorsuz post inimicos nr̃os: et qui oderũt nos diripiebãt sibi. Dedisti nos tanq̃ oues escar: ⁊ in gentibꝫ dispersisti nos. Elendidisti pl'um tuum sine precio: ⁊ nõ fuit multitudo in ꝓmutationibꝫ eor. Posuisti nos obprobriũ vicinis nr̃is: subsannationẽ et derisum hijs q̃ sunt in circuitu nr̃o. Posuisti nos ĩ similitudinẽ gentibꝫ: ꝓmotionẽ capitis in popul'. Tota die verecũdia mea ctra me est: et confusio faciei mee cooperuit me. A voce exprobrantis et obloquentis: a facie inimici et psequntis. Hec oĩa venerũt sup nos nec obliti sumus te: et inique ñ egimꝰ in testamẽto tuo. Et ñ recessit retro cor nr̃m: et declinasti semitas nr̃as a via tua. Qm̃ humiliasti nos in loco afflictꝫis: et coopuit nos umbra mortis. Si obliti sumꝰ nomen dei nr̃i: etsi expãdimꝰ manꝰ nr̃as ad deum alienũ. Nonne deꝰ requiret ista: ipse enim nouit abscondita cordis. Qm̃ ꝓpt̃ te mortificamur tota die: estimati sumꝰ sic oues occisionis. Exurge q̃re obdormis dñe: exurge et ne repellas in finẽ. Quare faciem tuam auertis obliuisceris inopie nr̃e: et tribulatꝫis nr̃e: Qm̃ humiliata est in puluere anima nr̃a: ꝓglutinatꝰ est in terra venr̃ nr̃. Exurge domĩe adiuua nos: ⁊ redime nos propter nomen tuum.

¶ In finẽ pro hijs qui ꝓmutabũtur filijs chore ad intellectum canticũ pro dilecto.

Eructauit cor meũ verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamꝰ scribe: velociter scribentis. Speciosus forma pre filijs hominum: diffusa est gr̃a in labijs tuis: ꝓptrea bñdixit te deus ineterñuz. Accingere gladio tuo: sup femur tuũ potẽtissime. Specie tua et pulcritudine tua: intẽde prospere procede et regna. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ et iusticiã: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute: pl'i sub te cadẽt in corda inimicor regis. Sedes tua deꝰ in seculũ secli: virga directꝫis virga regni tui. Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatẽ: ꝓptrea unxit te deus deꝰ tuus olee leticie pre ꝓsortibꝫ tuis. Mirra ⁊ gutta ⁊ cassia a vestimentis tuis: a domibus eburneis ex quibꝫ delectauerũt te filie regũ in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circũdata varietate. Audi filia et vide et inclina aurẽ tuam: et obliuiscere pl'um tuũ ⁊ domũ pr̃is tui. Et ꝓcupiscet rex decorẽ tuũ: qm̃ ipse est dñs deus tuꝰ ⁊ adorabũt eum. Et filie tyri in muneribꝫ: vultũ tuũ deprecabunt omnes diuites plebis. Omnis gl'ia eius filij regis abintus: in fimbrijs aureis ⁊ circũamicta varietatibꝫ. Adducent regi virgines post eã: prime eiꝰ afferent tibi. Afferent in leticia ⁊ exultatõne: adducẽtur in

templum regis. Pro patribꝫ tuis nati sūt tibi filij: pstitues eos principes sup omnē terrā. Mēor ero nois tui dñe: in omī generatione ⁊ generatōe. Propterea pplī pfitebūtur tibi ineternū: et in seculū seculi.

¶ In finē filijs chore p archanis. ps dꝫ.

xlv

DEus nr refugiū et virt⁹: adiutor in tribulatōibꝫ que inuenerūt nos nimis. Propterea nō timebimus dum turbabit terra: et trnsferētur mōtes in cor maris. Sonuerunt et turbate sunt aque eor: pturbati sunt mōtes in fortitudine eius. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei: sctificauit tabernaculū suū altissim⁹. Deus in medio ei⁹ ñ pmouebit: adiuuabit eam deus mane diluculo. Cōturbate sunt gentes ⁊ inclinata sunt regna: dedit vocē suā mota est terra. Dñs virtutum nobiscū: suscepto nr deus iacob. Elenite ⁊ videte opera dñi que posuit pdigia sup terrā: auferēs bella vsqꝫ ad finē terre. Arcū pteret ⁊ pfringet arma: ⁊ scuta pburet igni. Elacate ⁊ videte qm̄ ego sum de⁹: exaltabor in gētibꝫ et exaltabor in terra. Dñs virtutum nobiscum: suscepto noster deus iacob.

¶ In finem pro filijs chore. ps dauid.

xlvi

OMnes gētes plaudite manibꝫ: iubilate deo in voce exultatōis. Qm̄ dñs excelsus terribil': rex magnus sup omnē terrā. Subiecit pplos nob: ⁊ gētes sub pedibꝫ nrīs. Elegit nob hereditatē suaz: speciē iacob quē dilexit. Ascēdit de⁹ in iubilo: ⁊ dñs in voce tube. Psallite deo nro psallite: psallite regi nro psallite. Qm̄ rex omīs terre deus: psallite sapiēter. Regnabit deus sup gētes: deus sedet sup sedē sctam suam. Principes pplor congregati sunt cū deo abrahā: qm̄ dij fortes tre vehemēter eleuati sunt.

¶ Psalm⁹ cātici filijs chore scda sabbati.

xlvii

MAgnus dñs et laudabil' nimis: in ciuitate dei nrī in mōte scto eius. Fundat exultatōne vniuerse tre: mons syon latera aquilōis ciuitas regis magni. Deus in domibꝫ cognoscet: cū suscipiet eam. Qm̄ ecce reges terre cōgregati sunt: pueneūt in vnū. Ipsi vidētes sic ammirati sunt: pturbati sunt cōmoti sunt: tremor apprehēdit eos. Ibi dolores vt parturientis: in spū vehementi pteres naues tharsy. Sicut audiuim⁹ sic vidim⁹ in ciuitate dñi virtutuz in ciuitate dei nrī: deus fundauit eam ineternū. Suscepim⁹ deus miscdiaz tuā: ī medio tēpli tui. Scōm nomen tuū deus sic ⁊ laus tua ī fines terre: iusticia plena est dextera tua. Letet̄ mons syon ⁊ exultēt filie iude: pter iudicia tua dñe. Circūdate syon ⁊ pplectimī eaz: narrate in turribꝫ eius. Ponite corda vra in virtute eius: et distribuite domos eius vt enarretis ī pgenie altera. Qm̄ hic est de⁹ deus nr ineternū et in seculū seculi: ipse reget nos in secula.

xlvii

¶ In finem pro filijs chore. ps dauid.

AUdite hec omēs gētes: auribꝫ pcipite omēs q̄ habitatis orbē. Quiqꝫ terrigene ⁊ filij hoīm: sil' in vnum diues ⁊ paup. Os meū loquet̄ sapientiaz: et meditatō cordis mei prudētiaz. Inclinabo in parabolā aurē meā: aperiā in psalterio propositionē meam. Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circūdabit me. Qui pfidūt in virtute sua: et in mltitudine diuiciar suar gloriātur. Frē nō redimet redimet homo: ñ dabit dō placationem suā. Et preciū redemptōis anīe sue: et laborabit ineternū ⁊ viuet adhuc in finez. Non videbit interitū cū viderit sapientes morientes: sil' insipiēs ⁊ stult⁹ pibūt. Et relinqnt alienis diuicias suas: ⁊ sepulc̄ eor dom⁹ illor ineternuz. Tabnacla eor in pgenie ⁊ pgenie: vocauerūt noia sua in terris suis. Et homo cū in honore esset ñ intellexit: pparat⁹ est iumētis insipiētibꝫ: ⁊ silis fact⁹ ē ill'. Hec via illor scādalū ipsis: ⁊ postea ī ore suo pplacebūt. Sic̄ oues in inferno positi sūt: mors depascet eos. Et dñabunt̄ eor iusti ī matutino: ⁊ auxilium eor veterascet ī inferno a glia eor. Eleuntñ de⁹ redimet aīaz meā de manu īferi: cū accepit me. Ne timueris cū diues fact⁹ fuerit hō: ⁊ cū mltiplicata fuerit gloria dom⁹ eius. Qm̄ cū interierit ñ sumet oīa: neqꝫ descēdet cū eo glia ei⁹. Quia aīa ei⁹ in vita ipsi⁹ bñdicet̄: pfitebit̄ tibi cum bñfeceris ei. Introibit vsqꝫ ī pgenies pr̄m suor: ⁊ vsqꝫ ineternuz ñ videbit lumē. Hō cū in honore esset ñ intellexit: pparat⁹ est iumētis insipiētibꝫ ⁊ silis fact⁹ est illis.

ps asaph postq̄ dō intrauit ad bersabee.

xlix

Deus deor dñs locutus est:et vocauit terram. A solis ortu vsq ad occasum:ex syon spes decoris ei⁹. Deus manifeste veniet:deus nr̄ 7 nō silebit. Ignis in ꝓspectu ei⁹ exardescet:et in circuitu eius tēpestas valida. Aduocauit celū desursum:et terram discernere ꝓplm suum. Congregate illi sctos ei⁹:qui ordinant testamentū eius super sacrificia. Et annūciabūt celi iusticiā ei⁹:qm̄ de⁹ iudex est. Audi ꝓplus me⁹ 7 loqr:isrl et testificabor tibi:deus de⁹ tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis arguā te:olocausta aūt tua in ꝓspectu meo sunt semp. Non accipiā de domo tua vitlos:neq de gregibo tuis hircos. Qm̄ mee sūt oēs fere siluar:iumēta in mōtibo et boues. Cognoui oīa volatilia celi:et pulcritudo agri mecū est. Si esuriero n dicā tibi:me⁹ est enī orbis tre et plenitudo eius. Nunqd māducabo carnes thauror:aut sanguinē hircor potabo? Immola deo sacrificiū laudis:7 redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulatōis:eruā te et honorificabis me. Peccatori aūt dixit deus q̄re tu enarras iusticias meas:et assumis testamentum meū p os tuū? Tu vero odisti disciplinā: et ꝓiecisti ſmones meos retrorsuz. Si videbas furē currebas cū eo:7 cū adulteris portionē tuam ponebas. Os tuū abundauit malicia:et lingua tua ꝓcinnabat dolos. Sedes aduersus frem tuū loqbaris:7 aduersus filiū mr̄is tue ponebas scandalum:hec feciſti et tacui. Existimasti iniq̄ ero tui sil'is:arguā te 7 statuā ꝓ̄ faciē tuaz. Intelligite hec q̄ obliuiscimini deū: neq̄ rapiat 7 n̄ sit q̄ eripiat. Sacrificiuz laudis honorificabit me:et illic iter quo ostendam illi salutare dei.

¶ Psalmus dauid cuz venit ad eū nathā ꝓpheta postq̄ intrauit ad bersabee.

Miserere mei deus:ſm magnā misericordiā tuam. Et ſm multitudinem miserationū tuar:dele iniquitatē meam. Amplius laua me ab iniq̄ tate mea:7 a peccato meo mūda me. Qm̄ iniquitatē meam ego ꝓgnosco:et peccatū meū ꝓtra me est semp. Tibi soli peccaui et malū corā te feci:vt iustificeris in sermonibo tuis et vincas cū iudicaris. Ecce enī in iniq̄tatibo ꝓceptus sum:et in peccatis ꝓcepit me mater mea. Ecce enim veritatē dilexisti:īcerta et occulta sapīe tue manifestasti mihi. Aspges me dñe ysopo et mūdabor:lauabis me et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiuz 7 leticiam:et exultabūt ossa humiliata. Auerte faciē tuam a peccatis meis:et oēs iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus:et spm̄ rectum innoua in visceribo meis. Ne ꝓicias me a facie tua 7 spm̄ sanctuz tuū ne auferas a me. Redde mihi leticiaz salutaris tui:7 spū principali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas:et impij ad te ꝓuertentur. Libera me de sanguinibo deus deus salutis mee:et exaltabit lingua mea iusticiaz tuam. Dñe labia mea aperies:et os meū annūciabit laudē tuam. Qm̄ si voluisses sacrificiū dedissem vtiq̄:olocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus ꝓtribulatus:cor ꝓtritum et humiliatū deus non despicies. Benigne fac dñe in bona voluntate tua syon:vt edificentur muri hierusalem. Tūc acceptabis sacrificiū iusticie oblationes et olocausta:tunc imponent super altare tuum vitulos.

¶ In finē intellect⁹ dauid cum venit ad eum doech ydumeus et nunciasset Sauli venit Dauid in domum abimelech.

Quid gloriaris in malicia:qui potens es in iniquitate? Tota die iniusticiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta feciſti dolum. Dilexisti maliciam super benignitatē:iniquitatem magisq̄ loqui equitatem. Dilexisti omnia verba precipitationis:lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finem: euellet te 7 emigbit te de tabernaculo tuo: et radicem tuam de terra viuentiū. Videbunt iusti 7 timebunt:et super eum ridebunt et dicent:ecce homo qui non posuit deum adiutorē suū. Sed sperauit in multitudine diuiciar suaruz:et preualuit in vanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei:speraui in misericordia dei inetern̄uz et in seculū seculi. Confitebor tibi in seculum q̄r feciſti:et expectabo nomen tuum quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum.

¶ In finem intellect⁹ dauid pro amalech.

Dixit insipiens in corde suo
nō est deus. Corrupti sunt
et abominabiles facti sunt
in iniquitatibꝫ:nō est qui
faciat bonū. Deus de celo
prospexit super filios ho-
minum:vt videat si est intelligens aut re-
quirens deū. Omnes declinauerūt simul in-
utiles facti sunt:non est qui faciat bonuz
non est vsqꝫ ad vnū. Nonne scient omnes
qui operātur iniquitatē:qui deuorāt ple-
bem meā vt cibum panis? Deum non in-
uocauerunt:illic trepidauerūt timore vbi
non fuit timor. Qm̄ deus dissipauit ossa
eorz qui hominibꝫ placent:confusi sunt qm̄
deus spreuit eos. Quis dabit ex syon salu-
tare israhel:cum conuerterit deus captiui-
tatem plebis sue exultabit iacob et leta-
bitur israhel.

In finem in carminibꝫ intellectꝰ dauid
cum venisset cybei et nunciassent saul:
nonne dauid absconditus est apud nos?

Deus in nomine tuo saluū me fac:
et in virtute tua iudica me. Deus
exaudi oronez meā:auribꝫ percи-
pe verba oris mei. Qm̄ alieni insurrexerūt
aduersum me:et fortes quesierūt animaz
meam:et non proposuerūt deum ante con-
spectum suum. Ecce enī deus adiuuat me:et
dns susceptor est anīe mee. Auerte mala
inimicis meis:et in veritate tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi:et confitebor no-
mini tuo dne qm̄ bonū est. Qm̄ ex oni tri-
bulatione eripuisti me:et super inimicos
meos despexit oculus meus.

In finem in carminibꝫ intellectus dd.

Exaudi deus oronem meam:et ne
despexeris deprecationē meā:inten-
de mihi et exaudi me. Contristatꝰ
sum in exercitatione mea:et conturbatus
sum a voce inimici et a tribulatiōne pec-
catoris. Qm̄ declinauerūt in me iniquita-
tes:et in ira molesti erāt mihi. Cor meum
conturbatuz est in me:et formidо mortis
cecidit super me. Timor et tremor vene-
nerunt super me:et contexerūt me tenebre.
Et dixi quis dabit pēnas sicut columbe:
et volabo et requiescā. Ecce elongaui fu-
giens:et mansi in solitudine? Expectabaz
eū qui saluum me fecit:a pusillanimitate
spiritus et tempestate. Precipita domine

diuide linguas eorz:qm̄ vidi iniquitatem
et contradictionem in ciuitate. Die ac nocte
circūdabit eam super muros eius iniqui-
tas:et labor in medio eius et iniusticia. Et
nō defecit de plateis eius:vsura et dolus.
Quoniam si inimicus meus maledixisset
mihi:sustinuissem vtiqꝫ Etsi is qui oderat
me super me magna locutꝰ fuisset:absco-
dissem me forsitan ab eo. Tu vero homo
vnanimis:dux meus et notus meus. Qui
simul mecū dulces capiebas cibos:in do-
mo dei ambulauimus cum consensu. Veniat
mors super illos:et descendāt in infernuz
viuentes. Quoniaz nequicie in habitaculꝰ
eorz:in medio eorz. Ego aūt ad deum cla-
maui:et dns saluabit me. Vespere et mane
et meridie narrabo et annunciabo:et ex-
audiet vocem meā. Redimet in pace ani-
mam meā ab his qui appropinquāt mihi:
quoniā inter multos erāt mecū. Exaudi-
et deus et humiliabit illos:qui est ante se-
cula. Non enī est illꝭ cōmutatio et non ti-
muerūt deuz:extendit manū suā in retri-
buendo. Contaminauerunt testamentum
eius:diuisi sunt ab ira vultus eius:et ap-
propinquabit cor illius. Molliti sunt ser-
mones eius super oleuz:et ipsi sunt iacu-
la. Jacta super dnm curam tuam et ipse
te enutriet:et non dabit inetернū fluctu-
ationez iusto. Tu vero deus:deduces eos
in puteum interitus. Viri sanguinum et
dolosi non dimidiabūt dies suos:ego aūt
sperabo in te domine.

In finem pro populo qui a sanctis longe
factus est in tituli inscriptione ipsi dauid
cum tenerent eum allophili in geth.

Miserere mei deus quoniam concul
cauit me homo:tota die impugns
tribulauit me. Conculcauerūt me
inimici mei tota die:quoniam multi bel-
lantes aduersum me. Ab altitudine diei
timebo:ego vero in te sperabo. In deo lau-
dabo sermones meos:in deo speraui non
timebo quid faciat mihi caro. Tota die
verba mea execrabantur: aduersum me
omnes cogitationes eorum in malum.
Inhabitabunt et abscondent:ipsi calca-
neum meum obseruabunt. Sicut sustinu-
erūt animā meaz pro nihilo saluos facies
illos:in ira populos confringes. Deꝰ vitā meā

annunciaui tibi:posuisti lacrimas meas in ꝓspectu tuo. Sicut ⁊ in ꝓmissione tua: tunc ꝙuertent̃ inimici mei retrorsum. In q̃cunq; die īuocauero te:ecce ꝓgnoui q̃m deus meus es. In deo laudabo verbuz:in dño laudabo sermonem:in deo speraui ñ timebo quid faciat mihi hō. In me sunt deus vota tua:que reddam laudatões tibi. Q̃m eripuisti animā meā de morte:et pedes meos ō lapsu:vt placeā cor̃ deo in lumine viuentiū.

¶ In finez ne disꝑdas dauid in tituli inscriptione cū fugeret a facie regis israhel in spelunca.

lvi

ad Bessper-ū

Miserere mei de⁹ miserere mei:q̃m in te ꝓfidit aīma mea. Et in vmbra alaꝝ tuaꝝ sperabo:donec ēnseat iniq̃tas. Clamabo ad deū altissimuz: deū qui bñfecit mihi. Misit de celo et liberauit me:dedit ī obprobriū ꝓculcātes me. Misit deus miscōiaz suam ⁊ veritatē suā: et eripuit animā meaz de medio catuloꝝ leonū:dormiui ꝓturbatus. Filij hominū dentes eoꝝ arma et sagitte:et lingua eorū gladi⁹ acutus. Exaltare sup celos deus:et in omnē terrā gl̄ia tua. Laqueū parauerūt pedibꝰ meis:et incuruauerūt animā meā. Foderūt añ faciē meā foueā:et inciderūt in eam. Paratū cor meū deus paratū cor meū:cantabo ⁊ psalmū dicā. Exurge gl̄ia mea exurge psalteriū et cythara:exurgā diluculo. Confitebor tibi in pl̄is dñe:et psalmū dicā tibi in gētibꝰ. Q̃m magnificata est vsq; ad celos miscōia tua:et vsq; ad nubes veritas tua. Exaltaē sup celos deus:et super omnē terram gloria tua.

lvii

¶ In finē ne disꝑdas dō in titl̄i inscꝑtōe.

Si vere vtiq; iusticiaz loq̃mini:recte iudicate filij hoim. Etenim in corde iniq̃tates opam̃i in ter̃a:iniusticias man⁹ vr̃e ꝓcinnāt. Alienati sunt pc̃ores a vulua: errauerūt ab vtero:locuti sunt falsa. Furor illi ꝑm silitudinem serpentis:sicut aspidis surde ⁊ obturātis aures suas. Que ñ exaudiet voce incantantiū:et venefici incantātis sapienter. Deus ꝓteret dentes eoꝝ in ore ipsoꝝ:moles leonū ꝓfringet dñs. Ad nihilū deueniet tanq̃ aq̃ decurrēs:intēdit arcū suū donec infirmentur. Sicut cera q̃ fluit auferētur:supcecidit ignis et nō videꝝt solem.

Priusq; intelligerēt spine vr̃e rānuz:sicut viuētes sic in ira absorbet eos. Letabitur iust⁹ cū viderit vindictā:man⁹ suas lauabit in sanguīe pc̃oris. Et dicet hō si vtiq; est fructus iusto:vtiq; est deus iudicans eos in terra.

¶ In finem ne disperdas dauid in tituli inscriptione q̃n misit saul et custodiuit domū eius vt interficeret eum.

lviii

ad laudes

Eripe me de inimicis meis de⁹ meus:et ab insurgētibꝰ in me libera me. Eripe me de operātibꝰ iniq̃tatem:et de viris sanguinū salua me. Quia ecce ceperūt animā meam:irruerūt in me fortes. Neq; iniq̃tas mea neq; pc̃m meuz dñe:sine iniq̃tate cucurri ⁊ direxi. Exurge in occursum meū et vide:et tu dñe de⁹ vtutum deus isrl̄. Intende ad visitandas omnes gentes:ñ miserearis oībꝰ q̃ operātur iniq̃tatē. Conuertētur ad vesperam ⁊ famem patiētur vt canes:et circuibunt ciuitatē. Ecce loq̃ntur ī ore suo:et gladi⁹ in labijs eoꝝ:q̃m q̃s audiuit:Et tu dñe derides eos:ad nihilū deduces omnes gētes. Fortitudiem meā ad te custodiam:q⁹ deus suscepto⁹ meus:deus me⁹ misericordia eius preueniet me. Deus ondit mihi sup inimicos meos:ne occidas eos neq̃ obliuiscātur populi mei. Disperge illos ī vtute tua:et depone eos protector meus dñe. Delictū oris eoꝝ:sermonē labiorum ipsoꝝ:et ꝓprehēdantur ī superbia sua. Et de execratione et mendatio annūciabunt̃ in ꝓsumatōne:in ira ꝓsumatōis ⁊ ñ erūt. Et scient q⁹ deus dñabit̃ iacob:et finium terre. Conuertētur ad vesperam ⁊ famem patientur vt canes:et circuibūt ciuitatē. Ipsi dispergētur ad māducandū:si vero non fuerīt saturati ⁊ murmurabunt. Ego aut̃ cantabo fortitudinē tuam:⁊ exaltabo mane miscōiam tuam. Quia factus es suscepto⁹ meus:et refugium meum ī die tribulatōis mee. Adiuto⁹ meus tibi psallam:q⁹ deus suscepto⁹ meus es:deus me⁹ misericordia mea.

¶ In finem pro bijs qui cōmutabuntur in tituli inscriptōne ipsi dauid in doctrinam. cū succēdit Mesopotamiam syrie et sobal et ꝓuertit ioab et percussit edom in valle salinarum duodecim milia.

lix

DEus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es & misertus es nob. Commouisti terram et conturbasti eam: sana contritiones ei⁹ qz commota est. Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuentib te significationē: vt fugiant a facie arcus. Vt liberent dilecti tui: saluū fac dextra tua & exaudi me. Deus locut⁹ est in sancto suo: letabor et partibor sichimā: et conuallem tabernaculoz metibor. Me⁹ est galaad & meus ē manasses: & ephraī fortitudo capitis mei. Juda rex meus: moab olla spei mee. In ydumeā extendaz calciamentū meuz: mihi alienigene subditi sunt. Quis deducet me ī ciuitatē munitā: quis deducet me vsqz in ydumeā? Nonne tu deus qui repulisti nos: et non egredieris deus in virtutibz nostris? Da nobis auxiliū de tribulatōne: qz vana salus hominis. In deo faciemus virtutē: et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

lx

¶ In finem in ymnis psalmus dauid.

EXaudi deus deprecationē meam: intende oratōni mee. A finibz terre ad te clamaui dum anxiaret cor meū: in petra exaltasti me. Deduxisti me qz factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamēto alaz tuarum. Qm̄ tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatē timētibz nomen tuum. Dies super dies regis adicies: annos eius vsqz in diem generatōnis et generatōnis. Permanet inetternum in spectu dei: misericordiam et veritatē eius qs requiret? Sic psalmum dicaz nomini tuo in seculum seculi: vt reddam vota mea de die in diem.

lxj

¶ In finem pro ydithun psalmus dauid.

NOnne deo subiecta erit anīa mea? ab ipso enī salutare meū. Nam et ipse deus meus et salutaris me⁹: susceptoz meus ñ mouebor amplī⁹. Quousqz irruistis in hominē: interficitis universi vos: tanq̄ parieti inclinato & macerie depulse? Veruntñ preciū meuz cogitauerūt repellē: cucurri in siti: ore suo bñdicebant et corde suo maledicebant. Veruntñ deo subiecta esto anīa mea: qm̄ ab ipo patiētia mea. Quia ipse deus meus et salvator meus: et adiutor meus ñ emigbo. In deo salutare meū et glīa mea: deus auxilij mei et spes mea in deo est. Sperate in eo omīs congregatō pplī: effundite coram illo corda vīa: de⁹ adiutor nr̄ inetternū. Verūtamen vani filij hominum: mendaces filij hominum in statteris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsuz. Nolite sperare in iniquitate: et rapinas nolite concupiscere: diuicie si affluāt: nolite cor apponē. Semel locutus est deus duo hec audiui: qz pt̄as dei est & tibi dñe misericordia: qz tu reddis vnicuiqz iuxta opera sua.

lxj

¶ Psalm⁹ dauid cū eet in deserto ydumee.

DEus deus me⁹: ad te de luce vigilo. Sitiuit ī te aīa mea: q̄m̄ltipliciter tibi caro mea. In terra deserta et inuia & inaquosa sic in scō apparui tibi: vt videre virtutē tuā et gloriā tuaz. Qm̄ melioz est misericordia tua sup vitas: labia mea laudabūt te. Sic bñdicā te ī vita mea: et in noīe tuo leuabo manus meas: Sicut adipe et pinguedine repleat anīa mea: & labijs exultatōis laudabit os meū. Si memor fui tui sup stratū meū: in matutinis meditabor ī te: qz fuisti adiutor meus. Et in velamēto alaz tuaz exultabo: adhesit anīa mea post te: me susceptit dextera tua. Ipsi vero inuanū quesierūt animā meā: introibūt in inferiora terre: tradētur in man⁹ gladij. partes vulpiū erūt. Rex vero letabit̄ in deo: laudabunt̄ omnes qui iurāt in eo: qz obstructū est os loquentiuz iniqua.

lxij

¶ In finem psalmus dauid.

EXaudi deus oronem meam cū deprecor: a timore inimici eripe animaz meā. Protexisti me a conuentu malignantiū: a mīltitudine operātiū iniquitatē. Quia exacuerūt vt gladiū linguas suas: intenderūt arcū rem amarā: vt sagittent in occultis immaculatū. Subito sagittabūt eū et nō timebūt: firmauerūt sibi sermonē nequā. Narrauerūt vt absconderēt laqueos: dixerūt quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates: defecerūt scrutātes scrutinia. Accedet hō ad cor altū: & exaltabit̄ de⁹. Sagitte paruuloz facte sunt plage eoz: et infirmate sunt ptra eos lingue eoz. Conturbati sunt omnes qui videbant eos: & timuit omīs hō. Annūciauerūt opa dei: & facta ei⁹ intellexerūt. Letabit̄ iustus

in dño et sperabit in eo:et laudabuntur omnes recti corde.

¶ In finem ps dauid canticu aggei.hieremie et ezechiel et ubo peregrinationis. et de plo trasmigtois cu incipnt pficisci.

lxxiv

Te decet ymn⁹ deus in syon:et tibi reddet votu in ihrlm.Exaudi oronem mea:ad te ois caro veniet. Verba iniquor prevaluert sup nos:et impietatibus nris tu ppciaberis.Beat⁹ quez elegisti et assumpsisti:inhabitabit i atrijs tuis.Replebimur i bonis dom⁹ tue:sctm est tepluz tuu mirabile in eqtate.Exaudi nos de⁹ salutaris nr:spes oim finiu terre et in mari longe.Preparas montes in virtute tua accinctus potentia:qui psturbas profundu maris sonu fluctuu eius.Turbabunt gentes et timebunt qui habitant terminos a signis tuis:exit⁹ matutini et vespere delectabis.Elisitasti terra et inebriasti eam:multiplicasti locupletare eam. Flume dei repletu est aquis:parasti cibu illor qm ita est preparatio ei⁹.Riuos ei⁹ inebria:multiplica genimina eius:in stillicidijs eius letabit germinans.Bndices corone anni benignitatis tue:et capi tui replebutur vbertate.Pinguescet speciosa deserti:et exultatione colles accingetur. Induti sunt arietes ouiu:et valles abundabut frumento:clamabunt etenim ymnuz dicent.

¶ In finem caticu ps resurrectois.

lxv

Iubilate deo omis terra:psalmu dicite noi eius:date gliaz laudi ei⁹. Dicite deo q̄ terribilia sunt opera tua dne:in multitudine virtutis tue mentient tibi inimici tui.Omis terra adoret te et psallat tibi:psalmu dicat nomini tuo.Venite et videte opa dei:terribil super filios hoim.Qui puertit mare in aridam: in flumine pedibus pede:ibi letabimur in ipso.Qui dnatur in virtute sua ineternu: oculi ei⁹ sup gentes respiciut:qui exasperant no exaltentur in semetipis.Bndicite gentes deu nrm:et auditā facite vocem laudis eius.Qui posuit animā meā ad vitā: et non dedit in commotionem pedes meos. Qm̄ probasti nos deus:igne nos examinasti sicut examinatur argentuz.Induxisti nos in laqueuz:posuisti tribulationes in dorso nro:imposuisti homines sup capita nostra.Trāsiuimus p ignem et aquaz:et eduxisti nos in refrigeriu.Introibo in domu tuā in olocaustis:reddā tibi vota mea q̄ distinxerunt labia mea.Et locutuz est os meu in tribulatone mea.Holocausta medullata offerā tibi cu incenso arietu:offeram tibi boues cu hircis.Venite audite et narrabo oes qui timetis deu:qnta fecit anie mee.Ad ipm ore meo clamaui:et exultaui sub lingua mea.Iniquitatem si aspexi in corde meo:n exaudiet dns.Propterea exaudiuit deus:et attendit voci deprcationis mee.Bndictus deus:qui no amouit oronem meā et miserdiam suam a me.

¶ In finem in ymnis ps cantici dauid.

lxvi

Deus misereat nri et bndicat nobis:illuminet vultu suu sup nos: et misereat nri.Et ognoscamus in terra viam tuam:in omib gentib salutare tuu.Confiteant tibi plli deus:confiteant tibi plli oes.Letent et exultet gentes: qm̄ iudicas plos in equitate:et gentes in terra dirigis.Confiteant tibi plli deus:confiteant tibi plli oes:terra dedit fructum suu.Bndicat nos deus deus noster bndicat nos de⁹:et metuat eu oes fines terre.

¶ In finem psalmus cantici dauid.

lxvii

Exurgat de⁹ et dissipentur inimici eius:et fugient q̄ odert eu a facie eius.Sicut deficit fum⁹ deficiat: sicut fluit cera a facie ignis sic peat peccatores a facie dei.Et iusti epulent et exultent in ospectu dei:et delectent in letitia.Cantate deo psalmu dicite nomi ei⁹: iter facite ei qui ascendit super occasum: dns nome illi.Exultate in ospectu eius: turbabutur a facie eius pris orphanor et iudicis viduar.Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit vni⁹ moris i domo.Qui educit vinctos in fortitudine:silr eos qui exasperat qui habitat i sepulcris. Deus cum egredereris in ospectu populi tui:cu pertrasires in deserto.Terra mota est:etenim celi distillauerut a facie dei synai a facie dei israhel.Pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue:et infirmata est:tu vero perfecisti eam.Animalia tua habitabunt in ea:parasti in dulcedine tua pauperi deus.Dns dabit verbum euangelizantib virtute multa. Rex virtutu dilecti dilecti:et spei dom⁹ diuidere spolia.Si dormiatis iter medios

cleros penne columbe deargentate:et posteriora dorsi eius in pallore auri:Dum discernit celestis reges super eam niue dealbabũtur ī selmon:mõs dei mõs pĩguis. Mons coagulat⁹ mons pinguis:vt quid suspicamini mõtes coagulatos: Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dñs habitabit in finẽ. Currus dei decem milibꝫ multiplex:milia letantium: dominus in eis in sỹnai in sancto. Ascendisti in altum accepisti captiuitatem:accepisti dona in hominibꝫ. Etenim nõ credẽtes:inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die quotidie:prospꝫ iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi:et dñi domini exitus mortis. Veruntamen deus ꝓfringet capita inimicoꝝ suoꝝ:verticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus ex basan conuertam:cõuertam in profundum maris. Vt intĩguatur pes tuus in sanguine:lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuus deus:ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerũt principes cõiuncti psallentibꝫ:in medio iuuencularum timpanistriarum. In ecclesijs benedicite deo:domino de fontibus israhel. Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu. Principes iuda duces eorum:prĩcipes zabulon ⁊ prĩcipes neptalim. Manda de⁹ virtuti tue:ꝓfirma hoc deus quod operat⁹ es in nobis. A templo tuo in hierusalem:tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis:cõgregatio thaurorum in vaccis populorum:vt excludãt eos qui probati sunt argẽto. Dissipa gentes que bella volunt:venient legati ex egipto:ethiopia preueniet manus eius deo. Regna terre cantate deo:psallite domĩo. Psallite deo:qui ascendit super celum celi ad orientem. Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriam deo super israhel magnificẽtia eius et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis:deus israhel ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi sue:benedictus deus.

¶ In finem pro his qui commutabũtur psalmis ipsi Dauid.

Saluum me fac de⁹:qm̃ intrauerũt aque vsqꝫ ad animam meam. Infixus sum in limo profũdi:et nõ est substantia. Veni in altitudinem maris:et tẽpestas demersit me. Laboraui clamãs rauce facte sunt fauces mee:defecerũt oculi mei dum spero in deum meũ. Multiplicati sũt super capillos capitis mei:qui oderũt me gratis. Confortati sũt ⁊ persecuti sũt me inimici mei iniuste:que ñ rapui tunc exoluebam. Deus tu scis insipiẽtiam meam:⁊ delicta mea a te non sunt abscondita. Non erubescant in me qui expectant te dñe:dñe virtutum. Non confundantur super me:qui querunt te deus israhel. Quoniam propt̃e te sustinui obprobrium:operuit confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratribꝫ meis:et peregrinus filijs mris mee. Quoniam zelus domus tue comedit me: et obprobria exprobrantium tibi ceciderũt super me. Et operui in ieiunio aiam meam:et factũ est in obprobriũ mihi. Et posui vestimentum meum cilicium:et factus sum illis in parabolam. Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta:et in me psallebant qui bibebant vinum. Ego vero orationem meam ad te dñe:tẽpus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue:exaudi me ī veritate salutis tue. Eripe me de luto vt non infigar:libera me ab hijs qui oderũt me et de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aque: neqꝫ absorbeat me profundum:neqꝫ vrgeat super me puteꝰ os suũ. Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua:ꝑm multitudinẽ miserationũ tuarum respice in me. Et ne auertas faciem tuam a puero tuo:quoniam tribulor velociter exaudi me. Intẽde anime mee ⁊ libera eã: propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperiũ meũ et confusionem meam:⁊ reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt oẽs qui tribulant me:improperiũ expectauit cor meũ et miseriam. Et sustinui qui simul contristaretur et ñ fuit:et qui consolaretur et non inueni. Et dederunt in escam meam fel:et in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueũ:et in retributõnes ⁊ in scandalũ.

Obscurentur oculi eorum ne videant: et dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam: et furor ire tue comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt: et super dolorem vulnerum eorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: et non intrent in iusticiam tuam. Deleantur de libro viuentium: et cum iustis non scribantur. Ego sum pauper et dolens: salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cum cantico: et magnificabo eum in laude. Et placebit deo super vitulum nouellum: cornua producentem et vngulas. Videant pauperes et letentur: querite deum et viuet anima vestra. Quoniam exaudiuit pauperes dominus: et vinctos suos non despexit. Laudent illum celi et terra: mare et omnia reptilia in eis. Quoniam deus saluam faciet syon: et edificabuntur ciuitates iude. Et inhabitabunt ibi: et hereditate acquirent eam. Et semen seruorum eius possidebit eam: et qui diligunt nomen eius: habitabunt in ea.

In finem psalmus dauid in rememoratione quod saluum fecit eum dominus.

lxix

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me festina. Confundantur et reuereantur: qui querunt animam meam. Auertantur retrorsum et erubescant: qui volunt mihi mala. Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge euge. Exultent et letentur in te omnes qui querunt te: et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne moreris.

Psalmus dauid filiorum ionadab et priorum captiuorum.

lxx

